

Christian Weise Johann Ulrich Vollmar

Dissertationem De Spuriis In Ecclesia Et Re Litteraria Claris

Vitembergae: Tzschedrichius, 1748

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn833118307>

Druck Freier  Zugang





B6-1053¹⁻³¹

21.

DISSERTATIONEM
DE
**SPVRIIS IN ECCLESIA
ET RELITTERARIA
CLARIS**

von
Gelehrten Huren - Kindern

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

SISTVNT

PRAESES

M. CHRISTIANVS WEISIVS

CYGNEVS

SS. THEOL. CVLT. ET ALVMN. ELECT


ET

RESPONDENS

IOANNES VLRICVS VOLLMARVS

SERV. ANH. SS. THEOL. STVD

D. XXVIII APRILIS A. MDCXCIII



VITEMBERGAE

RECVSA IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVS

M D C C X L V I I I

22.

24. 6

25.

BAVDIVS *Centur. II, ep. II.*

Neque enim est nostrae spontis et optionis, ut legere
possimus ad fastum parentes: aequo animo non
solum habendi, sed et colendi sunt, quos Dei be-
nignitas nobis assignauit.



I. N. I.

PROOEMIVM.



nter illas felicitatis partes, quae beatum in Politia hominem reddere possunt, uix ultimum locum *εὐγένειαν* occupare arbitramur. Quae enim nobilitas obscuris parentibus orta? quae claritas iustis natalibus destituto expe-
ctanda? Neque enim gloria tantum maiorum instructus esse tenetur, sed et loco honesto natus sit oportet, qui ad uerae nobilitatis splendorem in Republ. assurgere cu-
pit. *) Num ergo ab omni prorsus nobilitatis genere illegitime nati excludendi ueniunt. Imo uero absit, ut hoc assertum ire audeamus. Quamuis enim conceptio basis et fundamentum generis vocari mereatur, ea ta-
men non obstat, quo minus PRINCIPIVM nobili-

A 2

tatis

*) Vossius instit. Orat. I. I. p. 36.

22.
24. 6
25.



tatis euadere possit, iniustis etiam natalibus oriundus. Sed et hoc accedit, quod non om̄em uirtutis obicem, nec omne impedimentum fortunae natuitas ponere queat; animus enim clarum reddit hominem, eique ex quacunque conditione supra fortunam assurgere licet. Qua re moti etiam alii, ^{**) legitimis} nulla ratione inferiores crediderunt spurios, et frustra mortales a nothis generandis abstinere putarunt; quos tamen non leuiter ab orbita discessisse cernimus. Neque enim hoc admis-
suri sumus, nullum in Politia legitimos inter et illegiti-
mos obseruari debere discrimen, quin eo potius ten-
dimus, ut non ab omni prorsus clari nominis beneficio,
nothos p̄aeclusos dicamus. Et hoc in integro Cap. II.
Dissertat. nostrae demonstrationi dare induximus, dum-
modo prius ea, quae in genere de spuriis notanda ue-
niunt, praemiserimus. Quod ut felici peragatur auspi-
cio, Sanctum Deus Spiritum nobis adesse iubeat!

^{**) Stobaeus Serm. 196. p. 672.}

C A P V T . I
D E S P U R I I S I N G E N E R E .

§. I

S P U R I I etymon ab aliis in Graecia ^{a)} quaesitum, nos
in Latino ^{b)} rectius deprehendi posse statuimus.

^{a)} Quidam Spurii uocem *ἀπὸ τοῦ σπέρματος*, seu *ἀπὸ τοῦ σπείρεν* deductum censem, uel quod nihil, si semen excipias, a Patre acceptum teneant huius generis liberi; uel quod feliciori ad prolem suscipiendam editi sint auspicio, atque ad liberos pro-
crean-



creandos quam maxime idonei habeantur. Modestinus l. 23. uulgo de stat. hom. $\pi\alpha\varphi\alpha\tau\eta\pi\alpha\varphi\alpha\tau$ sive a satione deriuat, cui sustinianus etiam Institut. de nupt. §. si adu. calculum suum addere uiderur. Ast cum utraque uocis deductio artis adeo terminis non includatur, quo minus et ad legiimos simul quadrare possit, idcireo multi pro $\pi\alpha\varphi\alpha\tau$, $\pi\alpha\varphi\alpha\tau\alpha\delta\eta\pi$ legendum esse crediderunt, quasi sparsim collecti et ex collectio semine editi dicantur; haud secus ac alias illas Aegei maris insulas Sporades appellatas censer Cluverus, quod per aequor quodammodo sparsae disseminataeque appareant. uid. Introd. eius in Vniu. Geogr. lib. 4. c 10. p. 401. Olim nonnullos contumeliae causa Spurios fuisse uocatos, quidam credunt, eo quod Veteres Sabini muliebria pudenda Sporion dixerint, hanc tamen opinionem uelut absurdam exulare iubet Plutarchus, nosque potius b) in Latinum deductos ueram et genuinam uocis eiusdem originem edocet. Romanis enim in more possum fuisse tradit, ut praenomina sua primis tantummodo litteris exprimi curarint, non uno tamen omnes eodemque modo. Iam enim una tantum litera, ut T. Titum, iam duabus ut GN. Gneum, iam tribus, ut SER. Seruium designabant. Pari ergo ratione characterem illum SP. non nisi praenominis cuiusdam uices ab initio gessisse ait; sed cum eo postmodum et $\alpha\omega\alpha\tau\alpha\varphi\alpha\tau$, h. e. uel ignoto parente geniti, uel parente orbat, disiunctis tantummodo litteris (S. P. sine patre) uterentur, atque adeo parum discriminis hanc inter et illam notam conspiceretur, errore quodam factum, ut Spurii sine Patre esse dicerentur. Vid. quaest. eius Rom. Tom. II. Op. p. 788. edit. Francof. Quae Plutarchi sententia uel eo nomine calculum nostrum meretur, quod Spurii nomine Veteres multos insigniisse legamus, quos tamen legitimis natalibus ortos fuisse constat. Sic si Liuium in medium prodire iuberemus, suo de facili exemplo nostrae assertioni robur adderet, dum Spurium Laertium ac Titum Herminium ambos claros genere, clare et distinete nominat. lib. 2. alias ut taceamus.



§. II

Caeterum illos, qui alias Filii naturales *c*), illegitimi *d*), uarii *e*), incestuosif *f*), adulterini *g*), sacrilegi *b*), uocantur; Hebraeis uero מִתְּוָרִים *i*) וַיְלָדִים *k*) Graecis Hybridae *l*), uobis *m*), ἀπατογες *n*), στότιο *o*), μαρτυρεῖν *p*), παρθένοις, *q*) Italisch Bastardi *r*), Germanis Hurenkinder *s*), audiunt: uno Spuriorum *t*), nomine hic a nobis comprehendendi uolumus.

c) Quid FILII NATVRALES non immerito h.s. quaeritur, neque enim exigui momenti res est, quam difficultem prorsus Ius Ciuale reddidisse nouimus. Adoptiuis interdom contradi-
stingui testis est Sueton. Tibet. c. 52. sed alia longe ratione Ius Ciuale processit; id enim tres cumprimis hominum coniun-
ctioes attendendo, unam censebat iustam, et ortos inde filios
legitimos; aliam uero tanto odio prosequebatur, ut omnem
eiusdem prolem illegitimum, filiorumque nomine indiguum
crederet, eo quod ex matrimonio contra legum praecripta
inito preuenerat; aliam denique nec iubendo approbabat, nec
prohibendo damnabat, indeque Naturales filii prodibant. Et
huius posterioris generis erat concubinatus, ut Icti loquuntur,
ubi uir coelebs cum concubina quadam seu foemina a coniugio li-
bera hoc affectu et proposito uiuit, non ut voluptuetur, sed ut li-
beros ex ea suscipiat, quam bac de causa sine nuptiis uxoris loco
domi retinet, cibodit, alit, cum qua nec stuprum nec incestum
facere potest. Ex hoc uero nati liberi Naturales Iure civili
dicuntur, quasi dicas secundum Ius Naturae procreatos, nullo
legum auxilio adiutos, nec munitos, et hos Patres iustorum
filiorum loco quondam habuisse, idem uero hodie adhuc uni-
uersam Asiam et Africam, et pro maiori parte Hispaniam at-
que Italiam obseruare testatur Pontius Heuterus tract. de libera
homin. nativit. c. 6. p. 24. edit. in 8. quae Gabrielis Palaeoti Tract.
de nothis spuriisque filiis iudicla Hag. Com. an. 1655. prodit,
a no-

a nobis posthac s binde citanda. Ast cum haec Iur. Ciuitatis gentilem sapiat originem, nil mirum, usum eiusdem *ας επὶ τὸ πολὺ cessare cōepisse*, cum Christo nomina darent Imperatores. Vti enim a sanctissimis Divini Numinis praeceptis omne id, quod olim concubinatus nomine ueniebar, moe. hiae et scotiationis accusari, et uicissim castum matrimonii statum omnibus serio demandari uidebant; ita iusto prouersus et laudabili omnino more spurios pronuntiabant omnes, quos ex iniustis nuptiis produsse sciebant. Vnde patet, naturales et hodie uocari liberos, qui secundum corruptum, et nec dum a diuinis matrimonii legibus in ordinem redactum naturae cursum procreantur. Prout etiam ex numero illegitimorum libero-rum naturales esse fatetur Erasmus Vngepauer Comm. in lib. IV. Decretal. tit. 17. p. 559. d) **ILLEGITIMI** dicuntur, quo-rum ortus Legis praeceptis non responderet. Et horum duo quondam apud Romanos erant genera: *Quidam* patrem aut matrem alienigenas, seu non ciues Romanos agnoscebant, quod-que nullum Romanos inter et non Romanos ius erat coniugii, (ne forte Barbarorum moribus Romana inquinaretur pro-les) illegitimi ab illis salutabantur. Atque hoc etiam in cau-
sa erat, cur enixe adeo tot ciuitates, quin et omnes subiecti Romanis populi illud ciuitatis Romanae ius effigiterint, quo-
rata ipsis ac legitima cum Romanis essent connubia. Ea quo-
que re Antonius Imperator motus constituisse dicitur, ut qui-
cunque Romano subessent imperio, ius ciuitatis Romanae com-
mune haberent. Vnde breui tempore factum, ut coniugio-
rum iura e summis angustiis per totum ferme orbem fuerint
dispersa. *Alii* e Romanis quidem ciuibus, sed contra statuta legum, h. e. e damnato legibus congressu, pregnati, in duode-
cim quasi species a Doctribus diuidebantur, prout haec o-
mnia in compendium a nobis redacta prolixius exponit. Heure-
rus l. c. c. 7. p. 27. seqq. et Palaeorus de notis c. 16. p. 75.
e) **VARIORVM** nomen Veteribus ignotum, Heliogabali de-
mum tempore natum uidetur. Is enim e meretrice natus *Vari-
us*, quasi e uario semine suscepitus discebatur, teste Lampri-
dio

22.

24.

25.



dio in Vit. eius c. 2. Eadem deinde vox cuius ex diuerso
 semine aut hominum colluvie genitae, sparsimque conceptae
 soboli imponebantur. Quem generandi modum *Fornicatio-*
nem dixerat Vulgatus Interpres et Scriptores Ecclesiastici, forte
 quod foeminae non nisi in fornicibus corpore palam quaestum
 facere, Romae permisum erat. f) *INCESTVOSI* ex affi-
 nibus aut sanguine coniunctis natu dicuntur, quos alio nomi-
 ne *Nefarios*, h. e. contra ius natos dicere solemus. Quanquam
 Accursius teste Heutero l. c. cap. 7. p. 30. *Nefarios* inter et *In-*
cestuosos id discriminis ponat, ut illos ex ascendentie aut de-
 scendentie linea; bos uero e laterali suscepitos esse persuadere
 conetur; Palatius uero in *Monarch. Occident.* part. I. *nefarior*
 quidem e consanguineis aut affinibus contra leges credit nat-
 os; sed *incestuos* ipsi sunt, qui ex personis inter se pacto iun-
 tis, aut ante tempus, uel non iusto tempore nascuntur; eo,
 quod hi sine pudoris cingulo et forma coniugali progignan-
 tur. Olim enim recens nuptiae *Zona pudoris*, quae cingulum
 Latinis audiebat, praecingebantur, ea uero Graecis *Cestos* ap-
 pellaebatur, et discindere nemini, nisi sponso, licebat. Vnde
 proverbialis orta locutio, qua *Zonam soluere* idem est, quod
 sponsam cognoscere. g) *ADVLTERINI* dicuntur, qui suscep-
 ti sunt ex adulterino concubitu maris e foeminae, quorum
 uel alteruter, uel uterque coniugio uiuit. h) *Spurios SACRI-*
LEGOS apud Pontificios tantum reperisse licebit, quorum
 pater aut mater tempore conceptionis aut ortus, sacro, uti lo-
 qui amant, castitatis, paupertatis, atque obedientiae uoto erant
 initiati, aut alia ratione sacris addisti. Hos enim, uti sacri-
 legii, adulterii, incestus, et quod non? crimen incurrisse crede-
 bant, ita nil mirum, si sacrilegos, adulterinos, incestuososque
 spurios passi eorum liberos vocauerint. i) מְנֻזָּר extraneum,
 spurium, ex scorto natum significat. Kimchi a יְזָר deducit, et
 utrumque וְ formatum facit, ut adeo spurius dicatur, quasi
 extraneus, et a legitima familia alienus. Apud Talmudicos
 dicitur, quasi וְ מְנֻזָּר malcula aliena, ortus et sangu-
 nis

nis alieni nota. Leigh. Crit. S. Part. I. p. 124. uel enim ex aliena uxore suscipitur, uel ab ipsa matre tamquam alienus filius supponitur. Alii a **תְּרִירָה**, quod est dispergere, confundere, permiscere aut coniungere diuersa, deriuant, quod qui ex illegitimo concebitu natus sit, uideatur ex confusione et permissoione adulterina seminum procreatus. Pineda de reb. Salom. I. I. c. 5. p. 29. Legitur autem uox haec binis in S. Codice uicibus, puta Deut. 23, 2. et Zach. 9, 8. in quorum locorum primo Vulgatum eandem retinuisse, LXX. uero **ἐν πέριγνη**, Laram natalium defecatum patientes, Hebraeos apud Fagium et Munsterum ex coitu legibus Dei damnato, quin et ex parentibus mortem promeritis reddidisse notamus cum Claud. Espencaeo I. 3. digress. c. 1. cit. a Dannh. Th. Consc. T. I. Part. II. Dial. 3. sect. 4. qu. 3. p. 988. R. Moses referente Iac. Cappello, in Obseruat. ad selecia Peniateuchi loca, quas fratri eius Ludou. Cappelli Criticis in Vet. Test. notis iunctas, in lucem emisit Iacobus Ludou. Fil. Cappellus, Amsfel. A. 1689. p. 639. *triplicis Mamzeris* mentionem facit: ex prohibito coniugio nati, deinde uulgo quaeſiti, aut ex uenere promiscua incerto patre orti, quem tandem excipit ex ea natus, quae conuolauit ad secundas nuptias, uiuente adhuc priori marito, quem tamen mortuum credebat; ubi denique cit. R. Moses *de priori* Legem intelligendam esse concludit. Nobis a propria et naturali uocis significacione praeter necessitatem non recedentibus, *cuiuscunque generis spurii ex prohibito quocunque coniugio editi, uoce מִזְרָם* denotari uidentur. Hos enim in congregationem Iehouae uenire prohibuit Dominus, h. e. publicae administrationis in Ecclesia participes esse noluit. Vid. omnino Francisc. Iunii Op. Theol. Tom. I. p. 597. *In posteriore uero Zachariae loco* verbum hoc per contumeliam ad Philistaeos transferri cum Ludou. Cappello in h. I. ereditimus; Ita enim sponte et absque ulla **סְגִּבְּרָתָן** hic enascitur sensus: Non amplius habitabuntur a probis, ingenuis et honestis ciuibis urbes uestrae, sed uel ma-

B

nebunt

22.

24. 5

25.



nebunt desertae et incoltae, uel non nisi a uilibus, et infamibus,
 hominibus, aut flagitiosis ganeonibus quales ut plurimum sparii es-
 se solent. Ut adeo miserandus et deplorandus urbium illarum an-
 tea celeberrimarum per Alex. M. capta Tyro, et postmodum
 per Machabaeorum in Palaestinam expeditionem status innua-
 tur. k) יְלִרְיָה-זָנוֹנִי Hos. 1. Prophetam iussit sibi acquirere
 Dominus, non quos ipse fornicando generaret, hanc enim rem
 utpote turpissimam Dominum uix praecipisse credendum, sed
 quos ex fornicatione mulieris iam ante progenitos, uelut testes
 libidinis maternaes Hoseas cum patre recipere, et receptos ado-
 ptare quasi teneretur, prout id obseruat B. Thilo Medull. Theol.
 V. T. p. 1207. *Vel* quos ipse Propheta ex muliere paclis dotali-
 bus destituta gigneret. Duplicis enim generis in V. T. fuisse
 matrimonia constat; quaedam certis adhibitis ceremoniis, et
 paclorum dotalium interuentu; quaedam uero missis ceremoniis
 absque dotis scritione et assiguratione contrahebantur.
 Quae ergo uxores sine paclis dotalibus domum ductae, non
 tantum פָּל גְּשִׁים concubinae, sed et נָוָרָה appellabantur,
 quamvis posteriorem appellationem non obscure in dubium
 uocare uideatur Leusdenius Philol. Hebr. Mixt. Diff. 26. p. 127.
 edit. sec. Atque hinc Do. Seb. Schmidt h. l. a partibus Wi-
 gandi, Winckelmanni, aliorumque stans, in eam opinionem de-
 uenit, ut quemadmodum per אֲשֶׁר-זָנוֹנִי pellicem sine
 paclis dotalibus et sponsalibus ductam intellexerat, ita uicissi-
 sim iuxta mores et stylum Hebraeorum scortationum filios ex-
 poneret de iis, quos ex indotato eiusmodi matrimonio Propheta
 iam sit producturus. Quae sententia suo certe pondere non
 destituitur, nisi forte abstractum illud remoram ipsi facere cre-
 diderimus, quod in plurali pro concreto positum, superlativum
 seu ut rectius dicamus, magnam uim, multitudinem et copiam
 rei, de qua sermo est, exprimere solet. Vid. Tarnou. Com.
 in Proph. min. p. 18. edit. nou. nec non Classum nostr. Gramm.
 S. Tr. I. can. 16. p. 416. Ut adeo אֲשֶׁר-זָנוֹנִי אֲשֶׁר scortum sit dia-
 bola-

bolare, meretrix publica et infamis, prostibulum, quod omnium libidini sese exposuerat; hoc ipso enim non uno genere idolatriae populum sese polluisse debebat adumbrare; sed et **יְלָדִים - זָנוֹנִים** sint liberi ex illo prostibulo nati, atque adeo uere et proprie sic dicti spuri. 1) Succedunt Graeci Hebraeis, qui spurius semel HYBRIDAS uocare solent, idque a contumeliosa uerbi **ὑβρίζω** significatione, quod huius generis liberi aut coniuiis proscindantur ab aliis, aut suis Parentibus contumeliae esse soleant. Veteres Hybridas dixisse animalia ex imparibus parentibus, ut ex a pro et sue, fero uno, altero domestico concepta, patet ex Plin. H. N. I. 8. c. 52. Quae appellatio deinde et ad eos liberos transit, quos e foeminis tollere Lusitanos, et Mestizos, quasi mixtios dicas uocari, notat Pernegger, ad Suet. Aug. c. 19. p. 91. 2) NOTHI uox semel omnia, in hominibus, bestiis, arboribus, herbis ac rebus omnibus a consueto cursu et usitata regula recedentia, teste Heutero I. c. 7. p. 30. exprimit, quomodo Eusebio librorum **νοθῶν** nomine ueniebant Apochryphi, qui non prorsus adulterini, sed ambiguae tantum autoritatis erant, in S. Scripturae canonem propterea non recepti. Vid. caue hist. Litterar. S. E. p. 11. Deinde quemuis citra leges matrimonii natum designare solet; originem enim priuatue particulae **νο**, et uoci **θεῖος**, Suida iudice, debet, quasi re aliqua diuina priuatus dicitur Spurius, sed **θεῖος**, idem est ac **γνήσιος**, indeque minus iustum, legitimum et genuinum hominis cuiusdam ortum designat. **Spurium** inter et **nothum** hoc a Palatio loc. infra cit. discriminis ponitur, ut ille de patre nobili, et matre ignobili, hic u. de matre nobili et patre ignobili, esse dicatur. Sed idem ferme nothi, quod spuriu uoci contigisse, colligere licet ex Ger. Io. Vossii Inst. Or. I. I. p. 67. ubi Nothum cognomen fuisse quondam, nec tamen ignominiosum testatur. 3) **απάτογες** et uulgo quaesiti hic in unum abire uidentur, utriusque enim horum uel patrem nesciunt, aut ubi sciunt, eum tamen, quem habere nefas



fas, agnoscunt. Alia prorsus ratione Spiritus S. uoce hac in
 Sacris uitur, dum Christo pariter atque Melchisedecho appli-
 cat. Et ille quidem $\alpha\pi\alpha\tau\omega\zeta$ ratione humanae, et $\alpha\mu\pi\tau\omega\zeta$ ratione
 diuinae naturae audit; Hic uero $\alpha\pi\alpha\tau\omega\zeta$ et $\alpha\mu\pi\tau\omega\zeta$, quod
 nullibi parentum eius in scriptura mentio, salutatur. o) $\alpha\mu\pi\tau\omega\zeta$
 quasi tenebriones dicuntur, \bar{o} $\bar{e}\bar{z}$ $\lambda\alpha\bar{\theta}\bar{p}\bar{e}\bar{z}\bar{a}\bar{s}$ $\mu\bar{\lambda}\bar{e}\bar{o}\bar{s}$, iuxta Suidam, h. e. qui ex occulto et in honesto concubitu prodierunt.
 p) $\mu\pi\tau\omega\zeta\bar{e}\bar{v}\bar{o}\bar{i}$ $\bar{e}\bar{x}$ $\bar{\zeta}\bar{e}\bar{v}\bar{n}\bar{s}$ $\mu\pi\tau\omega\zeta\bar{o}\bar{s}$ ex aliena, peregrina et non le-
 gitima matre nasci solent. q) $\pi\alpha\bar{\theta}\bar{e}\bar{v}\bar{o}\bar{i}$ \bar{o} $\bar{e}\bar{x}$ $\bar{r}\bar{u}\bar{s}$ $\pi\alpha\bar{\theta}\bar{e}\bar{v}\bar{o}\bar{u}$
 $\bar{d}\bar{o}\bar{n}\bar{u}\bar{v}\bar{o}\bar{s}\bar{i}\bar{s}$, ex ea sunt prognati, quae secundum hominum op-
 nionem uirgo credebatur. Atque hinc etiam Iustinum l. 4.
 c. 4. p. 72. ed. Arg. Partheniarum meminisse legimus, quos uti
 ob notam materni pudoris sic vocari facetus, ita eosdem l. 20.
 c. 1. §. 15. per spurios exponit. r) Vnde uox Bastardi suam pri-
 mo traxerit originem, non eadem Autorum mens est. Vid.
 de ea Menagium in orig. Ital. Besoldi Thesaur. Praet. Caroli
 du Fresne Glossar. Tom. 1. pag. 502. Nobis ad Italos, qui a Ba-
 stia (sufficit) deriuant, eandem referre placuit quasi dicerent:
*Sufficiat tam duriter, rigide et inhumanae cum innocentibus his agere
 libris, cym Bastardos eos uocamus.* Heut. c 7. p. 12. quanquam
 rationem istam longius petitam fortasse non inique dixero. Ba-
 stardi uero nomen apud Franco-Gallos non ignominiae, con-
 uitii aut dedecoris, sed conditionis tantum fuisse uerbum hono-
 rem et qualitatem praedecessorum respiciens, idem Heuterus
 c. 16. p. 67. obseruat, idque uel exinde probari posse asserit,
 quod Nothi Burgundi e Philippo Bono nati, omisis Ducum,
 Comitum Baronumque titulis, Bastardi nomen in suis armo-
 rum scutis publice ac priuatum hoc modo scripserint; Antonius
 Philippus etc. Burgundiae Ballardus. Idem ferme de
 Guilielmo Anglorum Rege, qui in Epistola ad quendam Britan-
 niae Comitem: Ergo Wilhelmus, cognomento Bastardus, scri-
 psit, obseruat Carol. du Fresne l. c. s) Hurenkinder a Germ.
 Hure descendunt. Eine Hure aber hat den Namen von dem
 Latei-

Lateinischen hora; denn viel Heyden haben verzeiten die Unzucht zwar gestattet, aber nur zu gewissen Stunden, damit die Arbeit nicht darnieder lege. Daher ist von dem Wort hora herkommen das deutsche, Hure, wie sie denn auch im Lateinischen ihren Nahmen von den Stunden hatte, da sie geheissen nonaria, quadrantaria, auch wohl eine horaria, uerba sunt Schaerei in Miscell. Hierarch. p. 168. Sed aliam adhuc eamque forte ueritati magis accedentem rationem ex inferiori Saxonia pertere possumus, ubi verheuren, idem est ac vermiethen, ut adeo Hure dicatur, quae aliis accepto pretio corporis sui copiam faciat. t) Vox Spurii nonnunquam ad ea omnia extenditur, quae falsa et minus iusta sunt, qua ratione spuria, Apostolorum, et Virorum Apostolic. nomine circumgesta olim scripta magno numero recenset Caeue hist. Litt. S. E. p. 5. 6. Deinde eodem nomine omnes ex illegitimo quounque congressu suscepti exprimuntur. Tandem uero eadem uox iis solum propria est, qui ex mulieribus omnium usui expositis uelut ex colluie hominum geniti fuere. Medicam eiusdem uocis significationem nostra sibi uendicat paragraphus.

§. III

Minime uero eos iam in medium producturi sumus, quos uel furiosa Papicolarum rabies u), uel uanus quorundam *σοχασμός* w), aut stolidus Veterum conatus x) Spurios pronunciauit; ea enim falsitate pariter atque absurditate singula haec laborant, ut uel manibus palpari queant.

u) Verbis his ad illud archiepiscopi Coloniensis factum respicio; In interim Augustano Lutheranis sacerdotibus, uxoribus tum instructis, a Caesare permisum erat, easdem uxores retinere

B 3

INTE-

22.

24. 6

25.



INTERIM, usque ad Concilii definitionem, sed contra, quam Caesar permiserat, fecit Archiepiscopus Colonensis. Nam cum per Dioecesin suam Interim illud publicaret, matrimonia sacerdotum iam contraela rescidit, atque incesta pronunciauit, liberosque ex iis susceptos Spurios esse iussit. Qued indignum facinus Thuano annotare placuit l. 4. Hist. p. 350. edit. Paris. et qui allegat Dn. L. Rechenb. in diss. de Interim Augustano §. 18. ^{w)} Speflat hue Mizaldus, qui Cent. 1. memorab. n. 18. infantes ex utero materno cum naturali uel amine prodeuntes, spurios agnoscit. Quam sententiam refutat, qui citat M. Roth. Diss. de uelam. cap. uiril. c. 1. §. 4. Sic et quidam Cbiromantorum eo dementiae uenisse dicuntur, ut characterem spuriorum crederent, quorum digitus auricularis ad superius annularis membrum non pertingeret, wann der kleine Figner nicht an das oberste Glied des Gold-Fingers reichte. ^{x)} Veterum quibusdam magna cura erat legitimos ab illegitimis dignoscendi liberos, inde, ubi dubia res videbatur, varia moliri cooperunt, quibus ueritatem se indagari posse credebant. Ita *Psylli* serpentum morsibus exponebant recens natos, ut quibus uita maneret integra, legitimos, qui uero extinguerentur, spurios fuisse cognoscerent. Muret. l. 2. uar. leſt. c. 2. Plin. l. 7. H. N. c. 2. Antiquos Celtas suos in Rheni sinum conieciſſe liberos, eaque ratione coniugum explorasse pudicitiam, testis est Angelus Politianus l. 8. Epist. 6. p. 292. *Qui enim polluta matris pudicitia, inquit ille, suscepit fuere, a rapidis Rheni uorticibus suffocabantur; quos autem senserit, legitima foetura editos esse, placido alueo leniter suspensos in trementes genetricis manus iterum subuehebat.* Atque inde prouerbium illud suam originem traxisse puto, quod ap. Michaelem Apostolium legitur: ὅρνος ἐλέγχει τὸν νόθον, h. e. Rhenus spurium arguit et ostendit. Cent. XIV. 18. Idem ferme de Germanis tradit Bodinus l. V. de Republ. c. 1. p. 781. *De Germanis, inquiens, Iulianus Imperator, is, qui transfuga usurpatur.*

patur, scribit, spurios a legitimis in Germania dignosci, quod cum primum nati sunt, fluminibus superponuntur; ac spurios quidem mergi, legitimos vero aquis innatare ferunt. Iuliani locus est Epist. 16. ad Max. Philosophum p. 131. seq. edit. Petavii. confer. Tzeza in Chil. 4. u. 239. seqq. Quibus non possum, quin illum plebeiorum ritum, passim etiam apud nos obvium, adiiciam. Illi namque admotis ad oculos manibus leisicari se uelle dicunt, *num legitimus sit Parentis filius, nec ne?* Qui igitur rectis et irretortis oculis illam manuum motionem sustinere poterit, hunc genuinum; qui conniveat oculis ac nutet, eum spurium, iococe licer, declarant. Et hic hominum mos ab Haliaeete (quaedam aquilae est species) petitus esse uidetur, qui rostro pullos implumes subinde percuriens, cogit aduersos solis radios intueri, et si intrepida minimeque coniuenti pupilla ad solis radium suffigant iutuitum, ut foetus legitimi educantur; Sin vero oculorum acies offensa perstringatur, uelut adulterinos et degeneres e nido praecipitat. Vid. Palatii Aquilam inter Lilia l. 8. c. 5. p. 313.

§. IV

Facilis iam ad rem esset progressus, nisi eam retardarent quodammodo difficultates, quas uarii gentium mores in matrimoniis contrahendis recepti mouere uiderentur. Cum enim secundum patriae morem atque consuetudinem α coniugia censeri; Liberi itidem legitimis ac illegitimis haber soleant, uix generalius spurios exprimere nouimus, quam ut eos esse afferamus, qui citra ordinem coniugalem a quavis gente receptum, sint prognati. Quod si vero ad Christianorum coetum deueniendum nobis foret, cui se uero Deus mandato ne extra coniugium exercitio datur Venus, prohibuit, spurios Liberos esse diceremus,

ex

22.

24. 5

25



ex Parentibus diuinam matrimonii institutionem y) transgredientibus prognatos.

x) Fermo igitur tali apud ipsos axioma nisit: *Qualis est coniugii, talis et prognatae inde sobolis conditio.* Vbi uero coniuginm exactae legum patriarchum genio respondeat, necesse est, illegitimum nomen falso imponi soboli, ex eodem prognatae: *Vnde tamen tanta morum diuersitas? quaeritur.* Nimurum ipsa quidem creatione eam Deus homini indiderat mentem, qua ad nuptialem societatem pronus suae speciei propagationem subinde meditabatur; praeter eam tamen suam quoque iussit accedere legem, a qua in contrahendis coniugiis ne transuersum quidem unguem homines recedere uoluit. Interueniente postmodum lapsa ea hominem incessit infirmitas, ut ne facultatem quidem, pristinam matrimonii legem cognoscendi, relietam haberet. Sed et hic benigne prorsus cum humano genere agebat Deus, et sicut eversa per lapsum bona spiritualia ipsi reddere decreuerat, ita haec inter puram cumpromis status hominum integri reuelationem reperiri uoluit, ad quem uelut accuratam aqionum normam homo lapsus formari indies ac reformari posset. Cum igitur multis, nescio, quibus futiis ad Gentilismum raptis, ad diuinam reuelationem, quin et orthodoxam de statu integritatis doctrinam aditus esset praecclusus, nil mirum, quod magis indies a Lege Naturae defiendo, eo tandem illam corruptum iuerint, ut Spiritus S. ipse ueritatem Dei cum mendacio eos permutasse fateatur, Rom. I, 25, prout graphice id assertum dedit Dn. D. Alberti Comperi d. N. part. I. p. 6. seqq. nec non p. 28. seq. Atque ex hoc incerto, ex corrupto isto, minimeque sibi constanti principio, puta, ratione hominis sibi relictu, tanta morum iniuitas, tanta rituum diuersitas in gentibus enata. Scythae enim Agathyrsi et plurimi, qui ad meridiem spestant, communes habuisse uxores, legitimum iudicabant matrimonium, quibus Anabaptistae et

et Adamitae proxime, Palatio teste, accedunt. *Garamantae* uero eos tantum iustos credebant filios, qui patris maxime uultum referre uidebantur. *Arabes* si spectemus, unam omnibus consanguineis uxorem esse uolebant, et adulterinus erat ipsis, qui ex eadem originem non traxerat. Sed *Persae*, *Medi*, *Parthi* uxores sanguine iunctas duecentes, illegitimos reputabant liberos ex aliis suscepitos; imo sororibus ac matribus ἀνεπλήπτως quidam iungebantur, prout etiam *Cimon* fortissimus ille Atheniensium dux, more patrio usus, germanam uxorem sine dedecore in matrimonio habebat, ap. *Nepot.* in *Vit. Cimon.* c. 1. §. 2. *Tardari* hodienum id obseruare dicuntur, ut, quot libuerit, uxores ducere liceat; displices facta diuortio dimittant, et alias sibi iungi curent; Suscepitos tamen ex iis liberos eodem prorsus loco habent, unum alteri non praeferentes, nisi aeratis praerogativa, aut alia quadam causa compulsi. Vid. *Palaeor.* c. 3. p. 12. *Heuter.* c. 2 p. 6. c. 7. p. 27. Confer infra §. 9. not. mm. γ) Huius uero assertionis fundamentum ex *prima matrimonii institutione* peti, quisque de facili cognoscit; eam uero uti nos, qui Christo nomen dedimus, *Divinam*, h. e. Deo autore profectam nouimus, ita merito iustum credimus, quod ei responderet et iniustum, quod ab ea recedit. Duo autem cum primis hac Coniugii institutione Deum expressisse uidemus, quarum alterum coniugum affectum, alterum coniugii terminos respicit. *Illum* innuit Dominus, dum uerumque coniugum, non dilectione quidem, sustentatione, consilio, cura et reuerentia, sed cohabitatione et indiuiduo uiae consortio Parentes relinqueret, et sibi inuicem ἀνεταλύτω associatione, quin et arctissimo amoris uinculo, uelut firmissimo ac tenacissimo glutine compactos, adhaerere sibi inuicem iubet. (Inde enim Hebraeorum קְבָר per προσκολληθήσεται expresserunt LXX. retentum a Spiritu S. Matth. 19, 5.) Quia uero arctissimus hic coniugalis amoris nexus uix ad plures quam duos extendi se patitur, (animus enim multitudine distrahitur, nullum pro socio

C

22.

24. 6

25.



cio habet Sallust, Iugurth.) hinc emphatice DEVS duos hos
 nouiter creatos homines **לְבָשָׂר נָחָר** *in una carne*, h. e. una
 caro esse voluit, ac proinde *Saluator*, et qui suum *equum* *veięs* do-
 num ipsi debebat, Paulus, diuinam matrimonii institutionem
 repertendo, uocabulum *Duo* virtute inibi contentum eruerunt,
 eoque duos coniuges pro uno quasi homine habendos esse do-
 everunt. *Una* enim *Persona* *ciuilis* maritus et coniux euadunt,
 quae duobus quidem animis, sed coniunctissimis, duobus qui-
 dem corporibus adeo tamen connexis gaudeat, ut neutra para
 proprii corporis potestatem retineat, nec nisi per mortem ab
 altera dissolui queat. Atque hinc iamiam colligo: *Coniugium*
secundum diuini praecepti ductum institutum, duas requirere per-
 sonas, easque a) liberas sedige und unverheyrahete. b) legiti-
 me coniunctas. Quamuis uero hac et non alia ratione diuina
 uox matrimonium inire iubat; sunt tamen, qui omni post-
 habito pudore in uerita ruunt, ac perruptis omnibus honestatis
 claustris turpissimae saepius *Veneri* litare non erubescunt.
 Et ex hac scaturigine *spuriorum* origo, quod ita ostendo: *Qui*
 a duobus extra coniugium constitutis generatur, *spurius* dici me-
 retur; *Qui* ex iuuene et coniuge, aut e uirgine et marito; uel ex
 marito et alterius coniuge nascitur, *spurius* salutatur; *Qui* a duo-
 bus praemissis quidem sponsalibus, sed nec dum solennitate Ecclesias-
 tica peracta nascitur, *spurius* is erit; *Qui* apud Pontificios e sa-
 credote aut alia Ecclesiastica persona oritur, *spurii* pariter titulum
 gerit. Singularum propositionum rationes ex duobus illis con-
 iugii legitimi requisitis sunt hauriendae, quorum unum hic
 semper deerit.

§. V

Licet hoc ipsum non contemnendo uitio laborare
 uideatur, quod liberi ex illico coniugio prognati, tur-
 pissimo *Spuriorum* titulo notari, et ui huius ab omnibus
 tum

tum Ecclesiae, tum Politiae officiis, quin et honestis officiis et conuentibus ^{z)} excludi soleant. *Quid enim ad eos parentum poena, qui neque imitatione, neque consensu, aut conniventia peccatis Parentum communicant?* ^{aa)} Dubium tamen hoc solui posse credimus, si praeter expressum Domini mandatum ^{bb)} τάξεως οὐκ εὐχημοσύνης rationem ^{cc)} id apud nos urgere dicamus.

- ^{z)} Hac conuentuum mentione ad illud Henrici Aucupis factum digitum intendimus, denn als derselbe aus dem Hungarischen Kriege wieder kommen, und mit seinem Adel wohl zufrieden war, hat er denselben anzureihen, daß sie sich stets in Waffen üben, und ihre Pferde wohl zum reiten abrichten möchten, in der Stadt Magdeburg, im Jahr Christi 935. von ganz Deutschland zu erst öffentliche Turnierspiele angestelle, dadurch alles, was Edel war, mit Macht zur Tapferkeit und einem erbaren Leben gezogen ward. Und damit sie in Uebung der Waffen desto vollkommener würden, durften sich hierbey nicht finden Bastarde, Edvv. Brovvns Reise c. 7. p. 298.
- ^{aa)} vid. Feurborn, Faseic. Disp. V. th. 83. seqq. p. m. 262. B. Carpzouii Isag. ad Libb. Symb. p. 1009. Possent hic etiam dia Patrum urgeri, maxime illud Hieronymi, quod allegat Ius Can. decret 65. Dist. his uerbis: *Dominus noster Iesus Christus uoluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commissiōnibus nasci, nobis magnam fiduciam praestant, ut qualicunque modo nascamur, dum tamen eius uestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus.* ^{bb)} Sed antequam solutionem dubii accedamus, non quaestione hic esse dicamus de νονιαῖς bonorum spiritualium, ut enim olim proselytis undecunque ad fidem religionem Iudaicam aditus pretebat, ita nequaquam spurious ab eadem hodie exclusos uolumus, quo tamen illud Hieronymi collinat. *In quo igitur*



cardo rei uertitur, hoc est: *An eadem prorsus loco legitimè pariter ac illegitimi liberi in Christiana nostra Republica semper habendi, et eadem utrisque officia citra discrimen conferendi sint?* idque est, quod negant Doctores, moti cum primis expresso Domini Mandato Deut. 23, 2. Vbi Theologos disputare quidem fatemur, num de Ecclesiasticis, an uero Politicis muniberibus explicandum? sed haec transeant, cum nos nil nisi morale quoddam, conatum omnibus principium redolens, inde eruturi simus. Respicit id honestatem publicam ab omnibus semper et ubique obseruandam. Minister enim Ecclesiae autoritate instructus sit, necesse est, ast quenam illi autoritas expectanda, cuius generis κηπής fundementum et basis tam male fuit posita? nec honorata autoritate commode in alios uti poterit, quod macula haec uultum quasi rubore, et linguam uinculo constringere uideatur. Nil iam de contagii periculo dicam, quo scortatores uim quandam in semen transfundere dicuntur, quae etiam transeat in filios, unde deteriores caeteris euadere soleant. Accedit et hoc, quod Episcopus αὐτιληπτος requiratur, h. e. eam uitam agens, ut nullius uitii insimulati queat; sed et αὐτεγγυληπτος, qui non tantum nullius criminis accusari, uerum etiam cui nihil obici possit; qui culpa pariter ac suspicione careat; in quem ne probabilis quidem ulla mali facti suspicio cadat. Dieter. Antiq. N. T. p. 105. Ast quomodo haec in spurium? Inde: *qui ad sutrinam non admittitur, qui ad suggestum? prout neruose concludit* Dannh. Theol. Consc. part. II. Dialekt. 3. sect. 4. quaeſt. 3. p. 987. Conf. Franc. Iunii Op. Theol. p. 579. Idem de Magistratu Politico iudicium esto, uid. Gerh. H. de Mag. Pol. §. 196. cc) τάξις uero καὶ ἴνχημοσύνη postulant, ut libidinibus uagis in Republ. ponatur obex. Atqui uel filiorum ignominia homines ab iisdem retrahuntur; liberi enim, Aristotele iudice, aliquid parentum sunt, his ergo afflictis per τοπίν naturalem magis afficiuntur parentes. Hinc uehementer Chrysostomus, dum uerba



ba Rom. 13. u. 11. interpretatur, in scortatores inuehitur: *Quid seminas, inquit, quod non licet metere, aut si colligas, sit ignominiosum? infame enim erit et illi, qui nascetur, et tibi.* Ille enim quoad uixerit, ignominiosus erit, et tibi cum uiuo, tum etiam mortuo extabit semper turpis nota libidinis. Sed haec omnia de eo, quod ordinarie in Christiana nostra Républica peragi soler, di-
cta sunt. Aliter uero res comparata est cum spurio, quem Deus ipse sistit, aut sublimiora quaedam dona reddunt conspicuum, tum enim omne harum rerum iudicium Ecclesiae relinquendum est, quam duo spectare hic oportuit, et suam necessitatem, et eius, quem promouere uult, excellentiam et probitatem, prout accurate haec ostendit Petrus Martyr. Loc. Commun. Clasf. 2. c. XI. §. 16. p. 317.

§. VI

His ita praemissis ad certas quasdam classes Nothos reuocare licebit, ita quidem, ut quasdam spurios specialiter sic dictos, quasdam adulterinos; et utrosque uel simpliciter tales, uel incestuosos esse dicamus.

Fundamentum huius assertionis *ex statu diuerso*, quo quisque hominum uiuit, haustum fatemur. Vbi enim a duobus matrimonii expertibus Venus illicita exercetur, liberis inde procreatis speciali quodam modo spuriorum nomen imponimus. Quod si uero idem scelus uel ab utroque uel alterutro coniugum committatur, adulterinorum nomine nobis ueniunt liberi inde produceti. Et quia saepius contingere solet, ut sanguine etiam iuncti ad illicitae huius Veneris exercitium abripi se patiantur, hinc et *incestuosorum*, quod est e consanguineis natorum, mentionem fecisse placuit. Magnam ergo et inter ipsos spurios remanet discrimen: *Vti enim adulterium uicit fornicationem, et uincitur ab incestu; sic qui ex hoc nati, odiosiores et nequiores haberi solent, quam qui ex illo.*

C 3

§. VII

22.

24. 6

25



§. VII

Ab hac tamen regula iure meritoque exceptos uolumus, quos olim Vet. Test. tempore ex *Polygamia* d.d) pariter atque *sanguine iunelis* ee) prognatos nouimus. Aliam enim rerum faciem ibi fuisse, quam quidem hodie, ac proinde ortos inde liberos non promiscue spuriorum macula notandos esse, quisque de facili dabit.

d.d) De **POLYGAMIA** ubi quaeratur, forte non immerito illud B. Dannhaueri uerbum reponere possemus: *Quaestio est et manet quaestio*, agnatum propterea a Gethardo L. de Coni. §. 224. et aliis Nostratim quamplurimis. Nos, in quam abierimus sententiam ostensuri, ita argumentamur: *Quod praeceptum non est Iuris Naturae, sed potius iuris positivi, ab eo Deus obligacionem suspendere poterit.* Sed praeceptum coniugii, quo duo tantum in carne una esse iubentur, non est iuris Naturae, sed iuris potius diuini positivi. *E. Deus obligationem ab eo suspendere POTERIT.* Minorem probat Dn.D. Alberti Compend. I. N. part.2. c. 10. p. 178: 179. Iam pergimus: *A qua legis parte legislator ipse obligationem SUSPENDIT, eam tum homines transgredi nequeunt.* Sed ab hac legis matrimonialis parte, qua Duo in carne una esse debebant, Deus in Vet. Test. obligationem suspendit. Ergo homines tum eam transgredi nesciebant. Consequenter: spuriu dicendi non sunt ex Polygamia pregnati. Vid. §. 4. Minorem probant Theologi, a silentio Dei, a sanctis Polygamorum appellationibus etc. uide B. Quenstedt part. 4. Syst. p. 461. a conf. Dn. D. Alberti l.c. ee) *Quod CONSANGVINEORVM nuptias attinet, sic argumentando prcedimus: Quicquid est Iuris Naturae secundarii, in eo Deus dispensare potest. Atqui Coniugia fratres inter et sorores contrahenda Iuris Naturae secundarii sunt.* Ergo, Maior est Theologorum. Vid. In Thic-

Thic-

Thilonis Medull. Theol. Vet. Test. p. 231. Minorem uid. ap. Dn. D. Alberti Comp. I. N. part. 2. p. 176. Hinc ultius ita progredivimus: *Qui ab uno homine omnes procedere voluit, is hoc ipso fratrum et sororum coniugia permisit.* Atqui Deus. E. Maior a Theologis probatur: quia alia ratione ad finem illum generis humani multiplicationem et conseruationem perueniri non poterat. Vid. Thilon. I. c. Minor est ipsius Dei A&t. 17. v. 26. Hinc concludo: *Si Deus coniugia illa permisit, sequiur spurios non esse progenitos inde liberos.*

§. VIII

Quare etiam his missis ad spurios in §. 4. expressos, redditum et ad ea, quae digna forte notatu de iis ueniant, accessum paramus. Eo uero delapsi amplissimum dicendi campum nobis apertum cernimus, quem tamen plenius ingredi nec praesentis instituti ratio, nec harum pagellarum angustia patitur. Sed ibimus, quo ire licet? Commode igitur illa ad triplex forum, puta, *Naturae, Morum et Politiae* reuocari posse uidentur, in quorum primo *Indoles spuriorum* ff) conspicitur; alterum uero *uitutes* gg) pariter atque bb) *uitia* eorundem sistit; ultimum denique ii) *felicitatem* et kk) *infelicitatem* ll); dignitatem, et mm) *claritatem* quin et insignia nn), nothorum sibi uendicar.

ff) Belgis esse proverbiu[m], quo Bastardi ad summum bonitatis fastigium, aut ad extrema malitia culmina semper tendere dicantur, testis est Heuterus c. 17. p. 78. *Falsum* tamen hoc, si de omnibus, uerum, ubi de quibusdam intelligas. Indolem enim spuriorum consideraturis id obseruatu erit facillimum, quosdam omnino probos, improbos alios conspicere; illos quidem egre-

22

24. 6

25



egregia corporis forma, sed et animo simul instructos, qui in aduersis compareat erectus, in capiendis consiliis promptus, rebus exequendis paratus, generosus, perspicax, prouidus, in quo memoria tenax, diuinum prorsus iudicium resulgeat; hos autem corpore quidem elegantes, mente tamen stupidos pariter atque stolidos. Inde est, quod in aduersis abiecti, in capiendis consiliis uagi, rebus exequendis tardi, improuidi, furibundi, ingenii distorti, obtusioris denique iudicii appearant. Hanc igitur uariam, quin et diuersam spuriorum indeolem ad Naturae forum reduxi, non, quasi morale prorsus eandem excluderet, sed quod Autorum plurimos, huius rei rationes inde hausisse uiderem. Qui enim e furtiuo, Heuter. l. c. ait, concipiuntur Venere, absolutae conceptionis foetus pro maxima parte conspiciuntur. Nam pater iuxta ac mater uidissime in diu concupitos, aut primum oblatos ruentes amplexus, ob summum ardentissimumque coeundi desiderium, abundantissime seminae ciaculan-
tur, spiritusque uitales et animales plenissime subministrant, adeo ut omnia foetus recentis membra euadant absolutissima, et ad recipientam animae essentiam, eiusque potentias uiresque efficacissima. Quare si non infelix anima in tale corpus descendenter, reperiens instrumenta omnia ad intelligendum et agendum aptissima, admirabiles et nonnunquam diuinas proferunt exeruntque actiones. Conspirat ex parte cum Heutero Leuinus Lemnius, sed et ex parte ab eodem recedit, uerba eius prolixa paululum B. L. in occultis naturae mirae. l. 4. c. 3. p. 362. euoluere poterit. Quod si peruersae indolis cauissas inuestigare cupias: Alios, Heuterus iterum l. c. inquit, uires spirituum abundantanter per corpus sparisorum quietos esse aut in medioritate consistere non permittunt; erumpunt summa uias ii affectus: COR calore feruens materiam suppeditat ad bonas malasque actiones. IECVR non minus corde flagrans hominem ad libidinem concitat, pruritum excitat. Renes adipe immersi ardentesque semen uniuerso corpori detractum, membris genitalibus suppeditant. CEREBRVM harum bul-
lien-

lientium officinarum sumis et affectuum ex iis orientium multitudine obsessum non permittit, ut mens ac ratio domandis bisce beluis officio suo fungantur, sed infelix anima ad impietatem improbitatemque se convertat. Aliam adhuc rationem IOH. BENED. SINIBALDVS, Archiater et Prof. Romanus Geneanthrop. 1.8. tract. 1. c. 1. p. 678. inuenisse sibi uidetur. Spurios enim prauis adeo moribus ut plurimum imbutos nasci, id causae subesse credit, quod concipientur a parentibus illico concubitu, quem timor culpa, ac propriae conscientiae morsus, mentisque anxietas, consequuntur. Vnde excitatus in semine ac sanguine tumultus, tumultuosam quoque, secundum eius opinionem, effingit progeniem. Sed quid de his omnibus sentiendum, forte non immerito quis quaerat? Paucis igitur: quaedam falsitate aperta, quaedam probabilitate, neutra certitudine niti afferimus. Certiora enim procul omni dubio ex morali disciplina haurienda forent. Plura qui deinde spuriorum desiderat, adeat haud grauatum Palatii Aquilam inter Lilia lib. 8. c. 2. p. 298. seqq. gg) Nothorum Virtutes uti praecedens nota quadam ex parte terigit, ita item Palatii locus euolui poterit, plura qui dabit. bb) De Vitiis nothorum prolixe egit Richter Axiom. Oecon. p. 108. Palatius lib. 8. c. 3. p. 301. qui: *Vnum, ait, loquatur pro cunctis: Nothi sunt, ergo immanes, superstitionis, turbulenti, tumidi, parricidae. Imperandi propereat Maiestati, legum iustitiae bellorum uirtuti, uitorum tenebras natura applicuit, ne iure suspicaretur orbis, eandem naturam sibi legum latricem et hostem post sacra connubia eorundem laesione pollutam, moechantium illecebres approbasse concubitus.* Sed nec haec omnis erroris pura quiuis cognoscit. ii) Ad eum fortunae apicem monstris illis moralibus (quo nomine Riemero 1. mox cit. Spurii ueniunt) saepius ascendere datum est, ut longissimis parasangis antecellant, quibus honesti fuere natales. Iephtam ubi respicias, non aliud certo labandis patriae remedium, quam ut ab unius nothi regeretur imperio. Ut taceam

D

Caro-

22

24

25



Carolum Martellum, illum Pipini ex pellice nothum, qui Vascenes, Sueuos, Bangarenzes, Danubii aecolas, Alemannos devictos Gallico subiungavit Imperio. Et tali Principe opus erat, cum undique insurgenibus bellis quateretur Francia, Pal. l. c. p. 299. Aliud felicissimi Spurii exemplum suggerit Wiedemann in Historisch-Poetischen Gefangenschaften mens. August. p. 105. an. 90. Promisit et Riemerus sub finem Dissertationis de fortuna spuriorum historicum hac de re opus, quod tamen lucem haec tenus aspexisse nescio. Vide etiam Franckenbergs Schaubühne p. 612. plura qui dabit. Prodiit quoque anno proximo 90. scheda quaedam in 4to, sub titulo: *Das grosse und sonderbare Glück der Hurenkinder*, gedruckt zu Edlin bey Peter Marteau, cuius scopus hic est: Spurii secunda quidem saepius utuntur fortuna, quae in fine tamen in aduersabit. kk) Spurium nobilem Rodericum Calderonem, sed acerba fortuna pressum sicut Harzdröffer im Schauspiel der jämmerlichen Mordthaten LV. pag. 186. ll) Non eadem spuriorum ubi nisi dignitas. Quos enim nos agnoscimus spurios, Legitimus praeferuntur ab indis: Denn im Indianischen Lande Mengibit bitten die verreisenden Männer einen Fremdling, daß er um erdessen mit seinem Weibchen scherze, und wenn ihr das Weib ein Kind verscherhet, wird es ein Sonnenkind genenget, welches vor andern zu grossen Ehren gelanget, ist es ein Mägdchen, so kommt es zu grossen Heyrathen, in der zweyten Reise c. 9. Francisci im Sittenspiegel p. 393. et qui citat Wiedemann l. c. mens. Jan. p. 17. Confer quae de Turcis Heuterus refert c. 10. p. 46. *Pari cum legitimis passu ambulant apud Aegyptios*, quos plures quidem olim duxisse uxores, seruata utrinque discedendi et repudiandi libertate, neque tamen ullum liberorum discrimen admisisse, Diodor. Siculus testatur. Patrem enim generis, honoris, et dignitatis autorem Aegyptii credebant, matre non nisi carnem, τροφὴν καὶ χαρπαν nutrimentum et coalescendi receptaculum infantibus praebente, quod neque in

in libris se legisse unquam, neque de Veteribus audivisse fate-
tur Gueuorra Horoleg. Principum lib. 2. cap. 4. Apud Sue-
uos, Gothos, et Norwegos eadem ferme bona nothis cum legiti-
mis fuisse communia, autor est Palatius Aq. Int. lilia lib. 8. c. 5.
p. 309. Quid Anglis in more positum fuerit Martiniere in diese
Reise, p. 38. his uerbis expressum dedit: In Engelland ait ille,
soll durch ein allgemein Gesetz gebothen seyn, daß alle Kin-
der, welche in Zeit wücklicher Ehe von einer Frauen geboh-
ren werden, der Mann pro legitimis, als wären es seine ei-
gene, halten muß, sollte er auch in 10. Jahren sein Weib
nicht gesehen, oder commixtionem mit ihr gehabt, indessen
aber nur an einem Ort Engellands sich aufgehalten haben.
Proxime ad legitimorum beneficia ab Hispanorum et Italorum
gente spuriis admitti, indeque ad honores promotos ditari,
quin et iusto thoro natis saepius praeferti solere, autor ite-
rum est Heuterus c. 6. p. 35. Sed an hoc ueritati per omnia
respondeat, non immerito in quaestionem uenit. Id quidem
largior, quaedam bona et munera publica spuriis hodie etiam
in Italia locisque aliis conferri, v.g. Notariorum, Cancellariae,
Vicariatus, etc. an inde tamen illud Heuteri encomium pro-
manare possit, quaeritur. Certum enim Venetos adeo ex no-
bilium coetu exclusisse spuriis, ut ne natalibus quidem resti-
tuti, eidem accenseri queant. Propterea certainam quandam con-
stituerunt legem, binis uicibus A. 1418. et a. 1617. repetitam,
qua pleno Concilio cautum fuit, ne spuri ulla ratione ad Feu-
da et Fide commissa admitterentur. Quin et ex Doctorum
collegio a Veneris exulare iubentur spuriis, quod tenaciter Bo-
non. Academia, remissius Parauina obseruat, redarguta ideo
a Palatio l.c. lib. 8. c. 5. p. 307. qui spuriorum multos, Laures,
h.e. Doctorum insignibus ornatos ibidem se ostendisse fateatur.
Idem etiam de Hispanis esto iudicium, qui multis quidem ma-
gnisque saepius beneficiis spuriis afficiunt; ubi tamen ad sum-
ma honorum culmina promoueri debeant, ipsis omnino de-



esse uidentur. Qua ratione fundamentalis quedam Hispanorum lex Regiorum nothorum nullum ad successionem admitti patitur. Vid. Franckenberg Schaubühne p. 659, quin et nulli eorum, quos Rex ipse pro filiis suis naturalibus agnouit, Regis uita durante, Madritum ingredi licet. *Durius cum notis egisse uidentur Athenienses*, libertatis nec non ciuitatis communionem, teste Plutarch. in Themistocle ipsis denegantes. Solon enim in iis, quas Atheniensibus tulit, legibus, seuerissime praeceperat, ut omnes scortationum uitandarum causa, conjugibus sint instructi, ea constituta poena, ut filius illegitimo thoro natus, mancipium esset ciuitatis publicum. Gneuare. Horol. Princ. l. 2. c. 1. p. m. 218. *Durissime omnium liberos extra matrimonium natos a Germanis aliisque excipi, bonis paternis priuari, priuatos denique fratrum sororumque ludibrio exponi, prolixe queritur Heuterus c. 5. p. 17. 18. maxime tamen, quod ad eam plerasque Germanorum ciuitates absurditatem peruenisse uiderit, ut spuriis e tot proletariorum ac sellulariorum manuariis opificiis alia uix publice exercere permitterent, praeter Barbitonoris ac Lanionis munera, quasi omnium aliorum uilissima.* Vid. c. 15. p. 71. *mm) Claritatis nomine famae celebritas hic nobis uenit, uel ex publicorum officiorum splendore, aut erezionis fulgore, uel alia quacunque causa resultans.* *nn) Character, quo in Gallia, maxime in quibusdam Germaniae locis, nobiliorum spuriorum insignia a legitimis discernantur, est adiectiva transuersae lineae nota ein Querstrich, a sinistro latere superius in dextrum inferius descendens.* Alioquin si a dextro incipiat non est degeneris sanguinis argumentum, sed signum filii secundo aut tertio loco legitime nati, prout in Borboniorum insignibus id deprehendisse licet, quae et ipsa transuersam ostendunt lineam, et tamen eorum origo ab illustri Regioque sanguine prodiisse dicitur. Palaeot. de not. c. 60. p. 308. *Anglis bacillum sinistrum, extrema scuti non attingentem, et fimbriam quandoque striatam, sed plerum.*

rumque goboniatam, notas illegitimorum esse, obseruat ex Bif-
feo Dn. D. Spener Op. Herald. part. gen. c. 8. p. 359. ubi et
alias notandi spurious rationes exponit, quales nonnunquam sunt:
quadrans abiectus, cuspis triangularis ex armis paternis abscissio.
Sed et Philipp. Burgundum, norhum, scutum paternum mani-
cis et pede mutilaris gestasse; Humberdam uero Sabaudum
cruci familiari quinque lunules crescentes coerulaeas inscripsi-
se obseruat.

§. IX

Ex his igitur *Claritatem* nobis elegisse placuit, quae
tamen cum non ad *Ecclesiam* tantum et *Politiam*, uerum
etiam ad *Rem litterariam* respectum inuoluat, non nisi quos-
dam eorum in medium prodire iubebimus, qui uel rebus
Ecclesiasticis, uel eruditionis gloria tenebras natalium origini
affuderunt. Neque enim politia ob insignem exemplo-
rum copiam, et angustum harum pagellarum spatum,
tangi poterat a nobis, quare accuratiōri aliorum labori
ea sit relicta.

C A P V T II

§. I

Sistet hoc exempla paulo ante a nobis promissa. Sed
uicissim cursum nostrum retardare uidentur dubia, in
demonstratione spuriōrum satis superque obuia. Ut adeo,
si uoto daretur locus, genitiuas ipsis optaremus *notas* (o.)
quibus citra difficultatem agnoscere, et de quolibet dicere
possemus: *HIC EST*. Ast cum tale uotum ipsam hu-
manam sortem excedat, tutiorem uiam aliam feligendam
nobis duximus, qua non nos tantum, quos *illegitimi* pa-
entes,

D 3

22

24. 6

25



rentes, sed et uana hominum opinio genuit, exhibituri, expositis autorum sententiis maturo cuiusuis iudicio rem totam relinquemus. Neque tamen omnia in Ecclesia et re litteraria exempla Lector Benevolus a nobis hic expectare poterit; plurium enim ignorantiam profitemur, unde non nullos tantum recensuisse sufficiet.

oo) Σημεῖα σύμπτυχα quosdam hominum distinxisse ab aliis, testis est Matth. Theatr. Hist. p. 371. ubi ex Herodoto Charicleam Hydaspidem Regis Aethiopiae filiam, ex nota genitiva Maiorum in brachio, quae erat orbiculus niger, agnitam fuisse tradit. Idem de Augusto refert Sueton. l. 2. c. 80. quod in eo dispersae per corpus genitivae notae in modum et ordinem ac numerum stellarum Vrsae Coelestis comparuerint. Et de Iohanne Friderico Sax. Elector. constat, eogenitam ipsi fuisse imaginem igneae seu flammas de se spargentis crucis; forte non obscurum fati futuri omen.

SECTIO I

SPVRIOS IN ECCLESIA CLAROS SISTENS.

§. II

Initium a *IVDAICA ECCLESIA* ducentes, pri-
mum conspectum nostrum subire uidemus *SALOMONEM*, qui licet passim sapientia sua, ipso Spiritu S. iu-
dice, quosuis mortalium antecelluisse dicatur, uix tamen
elabi potuit, quin ab hominibus longe se inferioribus
spuriorum coetui accenseretur. Ita enim Hieronymus pp),
Salomonem amabilem uocatum, dicit, seu dilectum Domini pro-
pter Dominum, quia eum diligere dignatus est propter suam mi-
sericordiam gratitam, cum alioquin eius misericordia et dilectio.

ne

ne indignus existeret, quemque constabat MAMZEREM esse. Cui tamen sententiae tantum abest, ut nostrum adiiciamus calculum, ut quam maximum potius secessum ab eadem paraturi simus. Praeter ea enim, quod adulterinus ille Dauidis filius iusto Domini iudicio qq), sublatus dicatur, *absoluta certe uxoris Dauidis appellatio rr)*, et *insignes Domini de Salomone promissiones ss)* obstant, quo minus illegitimo concubitu cum suscepimus credamus.

pp) Hieronymus in Tradit. Hebr. ad 2. Reg. Quamquam non im-
merito de opere hoc, an Hieronymi? dubitet Bellarminus de
Script. Eccl. p. 84. ubi Hieronymus in lib. de Script. Eccl. extre-
mo, mentionem quidem fecisse dicit traditionum seu quaestio-
num Hebraicarum in Genesin, traditionibus in lib. Regum et
Paralip. silentio praetermissis. Suppositas has traditiones esse
prolixe etiam ostendit Sixtus Senensis Biblioth. S. I. 4. Cuius-
cunque vero liber ille sit, haec certe inde deduxta sententia ue-
ritatis pondere destituitur. qq) Ita enim 2.Sam. 12, 15. percus-
sisse dicitur Dominus parvulum; quem pepererat uxor Vriae
Dauidi, cuius facti rationem Theodoretus qu. 16. in 2. lib. Reg.
animaduertens: *Vinus*, ait, *futurus erat argumentum sceleris et*
iniquitatis. *Pii ergo Regis, qui erat etiam Propheta, curam gerens*
Dominus, non sicut eum uiuere. Pineda de rebus Salomonis I. I.
c. 5. p. 30. a. rr) Quod uero Dauid legitimo matrimonio Bath-
sebam sibi iunxerit, *absolutum Vxoris nomen*, docente Pineda,
euincit 2. Sam. 11, 26. Audiebat enim uxor Vriae obitum ma-
riti, et dolore tangebatur. Transacto autem luctu Dauid eam in
domum suam deportari iubet, וְחַיָּה לְאַשְׁר et facta est ei
uxor, וְהַלְךְ לְזִבְחָה peperit ei filium. Vbi notandum phrasin il-
lam pariendi uiro, semper signum esse, quod filius sit genitus ab
eo, qui iam partus tempore legitimus uir sit. Et hinc Salo-
mon nullibi filius uxoris Vriae, bene tamen in της τοῦ Οὐρανοῦ
Matth.

22.
24. 6
25.



Matth. 1, 6. h. e. ex ea natus dicitur, quae olim Vriae fuerat; duplex namque hic latet Ellipsis, quam uocabula γεννηθεις et γενουμενης implent. Vid. Bezam in h. l. ss.) Maxime hic insignes illae *promissiones*, Domini de Salomone Dauidi factae, attendendae uenient, quibus certissimam regni successionem pollicebatur illi. Ad uero qui hae in Mamzerem, et ex adulterio natum cadere potuissent. Nec est, cur quis ideo appellationis huius defensionem suscipiat, quasi *Mamzeris* nomine is etiam uenire soleat, qui ex permisitione seminum, i. e. altero parentum Hebraeo, altero ex Gentilibus profecto natus sit. Posito enim Bathsebam fuisse Moabitidem, cur quaeſo Dauidi non idem imposuerunt nomen, qui tamen Ruth Moabitidis erat pronepos? et ubi Scriptura odioso hoc Mamzeris titulo, qui sic uati fuere, notare praecepit? Vid. Wilckii Diff. de vit. Salomonis curriculo, sub Praesid. B. Ioh. Meifneri Wittenb. A. 55. habit.

§. III

Alter ex Iudeorum Ecclesia est *BAITHOSVS*, qui spurius a Buxtorffio *tt*) pariter atque Hottingero *uu*) salutatur. Is est, qui tamen conciliauit; cum enim *Saddock* atque *Bairhos* duo Antigoni Sochaei discipuli, eam aliquando de cultu DEI regulam ex Praeceptore suo accepissent, qua non mercedis gratia more seruorum, sed spontaneo potius spiritu Domino seruire iuberentur; tum illi sinistro prorsus modo regulam hanc interpretantes, corporum inde resurrectionem in dubium uocare non erubescabant. Quibus igitur successu temporis a partibus eorum stare placuit, *Sadducaeorum* iuxta ac *Baitbusaeorum* nomina pree se tulerunt. Quanquam prior (*Sadducaeorum*) appellatio longe magis usu ipsis uenerit,

rit, eo, quod illegitimis natalibus ortum fuisse Baithosum credebant. Tandem tamen in alia omnia par illud nobile abiit; prout hoc ostensum a Leusdenio ^{w)} et Hottinger cernimus.

^{tt)} Buxtorff. Lex. Chald. Talm. Rabb. p. 303. ^{uu)} Hottirg. Thes. Philol. 1. 1. c. 1. sect 5. p. 37. ^{w)} Leusden. Philol. Hebr. Mixt. Dissert. 19. p. 133.

§. IV

Ex Iudaica in *ECCLESIAM CHRISTIANAM*, sed et *CVRIAM* cumprimis *ROMANAM* deduci, uenerandos prodire uidemus *PONTIFICES*; quorum primum locum occupat *DIONYSIUS I.* quem Heuterus et Palaeotus ^{xx)} spuriis accensent; Ciacconius uero et Onuphrius ^{yy)} obscurae adeo originis fuisse testantur, ut nec Damaso eam inuenire licuerit. Sexto II. eodem anno successit, quo *Cyprianus* Carthag. Episc. nobili martyrii corona ornatus discessit, et hic erat a natu. C. 261. Incidit in eius tempora *Pauli Samosatensi* aetas, qui nescio, quibus furiarum telis agitatus, reiecto SS. Trinit. mysterio, unum tantum Deum persona non nisi una constantem docuit. Strenue tamen fidem catholicam defensum iuit *Dionys. Alexandrin.* sed et hic ipse, de quo nobis sermo, *Dionysius Pontifex*, qui non scriptis tantum aduersus eum decer- taut, uerum Antiochenum quoque Concilium an. C. 266. conuocari curauit, ubi execranda *Pauli haeresis* unanimi Episcoporum consensu damnata fuit.

^{xx)} Ad *Heuterum* dum prouocamus, non eam tractatus supra allegati editionem, Palaeoto iunctam intelligimus, sed quae operibus

E

ribus

22.

24. 6

25.



ribus eius historicis Louanii A. C. 1652. excusis, est annexa.
In huius enim fine prolixus Spuriorum catalogus conspicitur
qui uero in illa Hagensi est omisssis; cum tamen Heuterus
sub finem cap. 16. et 18. ad eundem Lectorem remittat. Pa-
laeoti autem mentione facta, Appendicem tractatui de nothis
subiectum respicimus. *yy) Ciacconius* in *Vitiis Pontif. et Car-
dinal. Tom. 1. p. 177 edit. Rom. 1677. *Onuphrius* in *vit. Dio-
nysii I. Conf. Palatii Monarch. Ecclesiast. Tom. 1. p. 105. Vene-
tiis A. 1688. excus.**

§. V

Succedit *IOHANNES IX.* qui spurii nomen o-
mnium consensu meretur, ac proinde ne Palatius quidem
elogium eius his exprimere uerbis erubescit: *Nothum,*
Viator tibi notum facio, qui ex Sergio Rom. Pontifice genitus,
et ex Marozia, quae sui libidinis flamma tantum praeualuit,
ut sanctos ipsos pudore expoliasset, si ad eos ascendere, uel ad
eam ipsi descendere potuissent. *zz) Coniugem Marozia tum*
fratrem suum Widonem Thusciae Marchionem agno-
sciebat, cuius potentia A. C. 930. Iohannes in sedem Rom.
intrusus. Qua tamen felicitate ipsi non diu adeo uti
fruique licuit, Albericus enim Maroziae filius Constan-
ti VIII. Graeci Imperatoris gratiam sibi conciliaturus,
matrem iuxta ac fratrem carceri includi curauit, ubi et
Iohannes A. C. 936. periit.

zz) Palat. Monarch. Eccl. Tom. II. p. 104. Conf. Ciaccon. I. c.
Tom. 1. p. 703. et quem eit. Luitprandi Ticinensis rer. per Eu-
rop. gest. I. 2. c. 13.

§. VI

Tendimus ad *SKLVESTRVM III.* Laurentii Ar-
chi presbyteri filium spuriorum censui a Stephano Sze-
gedi-

gedino, *aaa*) Pseudo Pontificum vero indici a Ciacconio insertum, qui eum largitionibus, furis instar, et latronis ascensum ad sedem Petri sibi parasse testatur; Factum hoc seculo XI. circa an. 36. *Eo enim tum pontificatus deuenerat bbb*), ut qui plus largitione et ambitione, non dico, sanctitate uitae et doctrinae ualeret, is tantum dignitatis gradum, bonis oppressis, obtineret solus. *Quem morem utinam aliquando non retinuissent nostra tempora. Sed hoc parum est, peiora, ni Deus auertat, uisuri aliquando sumus.*

aaa) In Speculo Rom. Pont. p. 110. *bbb*) Verba sunt Platinæ in Vita Sylu. III.

§. VII

Excipit Syluestrum *BENEDICTVS VIII ccc*), qui Gregorii Episcopi ex scoto filius apud eundem Szege dinum audit. Initio anno C. 1012. Pontificatu Saracenos bello superatos tota fere Italia expulit, et *aureum or bem* primus inuenit, quo Caesares tanquam certo Maiestatis insigni uti consueuerunt. Ticini Concilium pro Clericorum continentia celebrauit, ubi et ipse sancte, docte et religiose perorasse dicitur. Obiit anno C. 1024.

ccc) De hoc Ciacconius T. I. p. 767. et Palatius Tom. II. p. 216. consulantur.

§. VIII

Progradimur ad *Hadrianum IV*. cuius illegitimos ex Roberto Monacho natales Szegedinus idem exhibet, quem tamem prolixè defensum iuit Ciacconius *ddd*), eumque a

E 2

Patre

20
22
24. 6
25



Patre *ex legitimo ante religionis ingressum contrado matrimonio* prognatum dixit. Inuitus an. C. 1154. post Anastasii IV. mortem ad Pontificatum electus dicitur, quem mortis interuentu anno 1159. reliquit.

ddd) Civ. con. T. I. p. 767. Palat. T. II. p. 567. quia occasione hoc de Pontificiis obseruasse liceat, quod, ubi Papam aut Cardinalem ex illegitimis Clerici eiusdem nuptiis produisse audent, firmissimum defensionis portum inuenisse sibi videantur, dum ipsi vel consanguinei nomen imponunt, vel eum ex parte ante Religionis ingressam, procreatum afferunt.

§. IX

Sequitur hunc *MARTINVS II.* Palumbi Necromantici Sacerdotis filius, non nobilis quidem secundum carnem, moribus tamen generosus, ut et rerum gerendarum experientia instruetus. eee) Quare per columnam Centuriatores obiecisse ei credit Palatius, ac si Vsinorum imagines aboleri iussit in Palatio, ne mere-trix Palatina formas eorum induendo, monstruosos foetus pareret. Cathedram Petri an. C. 1281. post Nicolai III. obitum ascendisse traditur, quo tempore fff) *Caroli Regis Siciliae milites*, Galli natione omnes, propter insignem libidinem et rapinas ita exosi fuerunt *Siculis*, ut hi omni studio iugum illud excutere cogitarent. Cui rei strenuam cumprimis operam *Iohannes a Prochyta* nauarae, et ea consilia agitare coepit, quae Gallorum secum ferrent πανολεθσίαν. Eo tandem res etiam deduxta, ut A. C. 1282. tertio Paschatos die, dato ad uestpertinas preces signo, confessim omnes, qui armis ferendis pares essent, con-

concurserent, eoque die ad internectionem usque Gallos prosternerent, uenia ne grauidis quidem mulieribus data. Triennio post an. 1285. *Martinus* moritur, eodem anno, quo *Philippus Francorum, Carolus Siciliae, et Petrus Aragonum Rex* diem suum obierunt.

eee) Obseruat hoc ex Antonio Palatius T. III. p. 91. fff) Prolixe hanc historiam prosequitur Palatius l. c. concisius paulo Ioach. Camerar. Hor. Succis. part. I. c. 83. conf. Ciaccon. T. II. p. 231.

§. X

Pedem ad *Innocentium VIII.* promouemus, qui spuri titulo abs Heutero insignitur, a quo tamen abit Onuphrius, dum eum Genuae anno 1432. ex uetustissima et opibus ac nobilitate clarissima *Tomacellorum* gente prognatum asserit, quae postquam Genuam ex Graecia migrauerat, *Cybo Graeca* uoce ex gentilitii clypei insignibus appellabatur. Est enim in eo rutilo colore decorato, transuersa fascia, quadratis coeruleo atque albo colore distinctis, confecta, quae Graecas $\chi\eta\beta\omega\iota$ uocantur. Et haec nobilis illa Cyborum familia, quae et *Innocentio* originem dedisse dicitur. *De filiis huius Innocentii* non adeo uanus rumor prodiisse uidetur, ac si legitimo minus thoro a Patre fuerint geniti; ggg) quamuis enim Ciacconius ipsum ante sacri muneris ingressum ex nobili puella Neapolitana eos legitime prorsus generasse credat, non immerito tamen de eo dubitauit *Franciscus Maria Vialardus*; sed plenius atque planius rem totam expositam dedit *Raph. Volaterranus* l. 22. ubi tandem Pon-

E 3 tifi.

22.

24. 6

25.



tificum hunc primum fuisse concludit, qui nouum et ipse exemplum introduceret, palam liberos nothos iactandi ac soluta omni disciplina diuiniis cumulandi. Atque hinc illud *Marulli Epitaphium* originem traxisse credimus:

Quid quaeris testes, num mas, an foemina Cybo.

Respice natorum, pignora certa gregem.

Octo nocens pueros genuit, totidemque puellas,

Hunc merito poterit dicere Roma Patrem.

g) Palatius in Aquila inter L. l. 8. c. 5. p. 311. spurioram coetui eos accenser Reliqui ex eius Monarch. Eccles. T. III. p. 698. peti possant.

§. XI

Agmen claudat *CLEMENS VII.* Patre quidem Iuliano Medice, matre tamen parum certa neque propalam legitimam uxore, post obitum patris natus, Iuliique nomen indeptus dicitur. Quanquam Palatius ipsum a Leone X. patruelie suo Cardinalem creatum per testes legitima probasse natali affirmet. b) Hadriano IV. a. 1523. succedere iussus Germaniam non multo post horrendis rusticorum et *Anabaptistarum* turbis, Münzero duce, agitari uelit. iii) Misit is *Laurentium Campegium* an. 1524. ad Comitia Norimbergae tum celebrata, qui omni opera, omni labore ac studio Lutheri haeresin extinguere curaret, sed irrito prorsus conatu. k) Maiora enim in dies incrementa nostra capiebat religio, donec tandem publice Lutheranorum confessio d. 25. Iun. 1530. Augustae Vindel. praelegi, praelecta uero, ringente licet Cle-

ro

ro Romano, Carolo V. exhiberi iuberetur. Quae praetera Clementem exercuerint fata, et qua ratione in Hadriani mole a Caesarianis obfessus ad asininae carnis commestionem fuerit adactus, prolixe Ciacconius exponit. Ultimus uitae ipsius dies erat d. 25. Septembr. an. 1534.

bbb) Ciaccon. Tom. III. Vit. Pont. et Card. p. 443. *iii)* Palatius Monarch. Eccl. Tom. IV. p. 41. *kkk)* Petr. Suavis Histor. Concil. Trid. lib. I. p. m. 29. seqq. Plura Pontificum exempla suggeris Szegedinus Specim. Pontif. p. 110. et qui hac in parte *nata* *re*da eum secutus Ioach. Vrsinus Spec. Iesuit. append. pag. 266. conf. Ius Can. Decret. 56. Dist. cap. 2. quod Damasi uestibus octo Pontifices illegitimis natalibus ortos exhibet; et ne quis dubium sibi de iisdem moueat, conferat Palatii Aquil. int. Lili. I. g. c. 5. nec non Palaeorum loc. saepius cit. Pontificios utrosque, qui ad spuriorum coetum eosdem referunt.

§. XII

Atque sic ex augusto Pontificum Palatio in splendidum illud Cardinalium conclave deducimur, ubi uel in limine Lectoris animum admiratio subire posset: *cur in clarissimo hoc spuriorum confessu sanctos etiam Cardinales offendere licet?* *III)* Sed desine mirari Lector, cum nihil certe sit, quod iusto adaequare scortum illud Romanum nesciat. *mmm)* Et quamuis generosus quandoque animus, ex honestissimo hoc, ut sibi uidentur, collegio *Spurios* exclusos uoluerit *nnn)*, ille tamen uotorum multitudine mox oppressus cernitur.

III) Nota enim est illa *Sixti V.* constitutio, qua *omnes ad religiosorum Ordinum familias aditus interclusos esse iubebat, quibus ex minus iu. 22. 24. 6. 25.*



stis nuptiis nasci contigisset. Erythraeus Pinacoth. II. pag. 197.
Hinc et Alexander VII. ab Hispaniarum Rege rogatus, ut Iohannem
Austriacum Philippi notum Cardinalis dignitate dignaretur,
lepide ei respondisse dicitur: se non posse, quia in Cardina-
lium Collegium nunquam asciti fuerint Bastardi, in Pontificum licet.
Cuius facti veritatem vel ex eo suspectam reddere conatur Pa-
latius, quod Clemens VII. Cardinalem Mantuanum, cum horolo-
gium eius in marsupio pulsaret, his aliquando exceperit verbis:
Nil mirum a nobis pendere tintinnabula, malorum cum sint. uid.
Palat. Aquil. int. Lil. I. 8. c. 5. p. 312. mmm) Vide omnino
Cornel. Agripp. de vanit. scient. c. 63. sub init. nnn) Refero
hue Cardinalis eiusdem Papensis sententiam, quam his verbis
d. 19. Iul. a. 1473. expressam reliquit: Promitto, si talibus (spuriis)
semel pateat haec ianua, finem non antea futurum, quam ma-
gna pars nostrum ex Principum spuriis constet. Vistorellus apud
Ciaccon. Tom. III. part. 12.

§. XIII

Indeque primum oculis nostris expositum cernimus *PETRVM RIARIVM oob),* Xisti IV. notum. Erat hic ipse Xistus sordidissimo loco natus, sed et duos agnoscebat filios, Petrum et Hieronymum, a se, cum adhuc in Franciscanorum familia degeret, susceptos; quos tamen infimiae uitandae causa *propinquorum* nomine ad maximas dignitates euexit. Petrum quidem Cardinalium purpura ornatum adeo adamasse dicitur, ut ad nutum eius ageret omnia; Hieronymum uero pulso per uim Antonio Ortelaffo Foro Liuiae, Flaminiae oppido, prafecit, cui postea Galeacius Sfortia Mediolanensem Dux filium ex pellice susceptam in matrimonium dedit.

ooo) Zwingerus Theatr. Vit. Hum. Vol. 3. lib. XI. pag. 1059. seqq.

§. XIV



§. XIV

Proximum ab eo locum occupat *PETRVS FERICI* e citeriore Hispania oriundus, qui Bononiae in Italia Legum studia excoluit, a Sixto IV. inter Presbiteros Cardinales cooptatus, et ad res graues adhibitus, *Dextera Romani Pontificis* dicebatur. Illegitimos eius natales clarissimis Ciacconius *ppp*) uerbis fatetur, quos forte Sixto IV. debebat. Romae idem Anno 1478. obiit.

ppp) Tom. IV. ind. conf. Tom. III. pag. 57.

§. XV

Excipit hunc *TIBERIVS CRISPVS* Romanus, Constantiae Farnesiae frater naturalis, natus anno Christi 1498. Arcis Perusinae a Paulo III. praefectus, post Civitatis gubernator creatus, tandem Hadriani moli praeesse iubebatur. Cardinalis dignitatem Iulio III. acceptam fecebat, qua instructus Sutri anno 1566. fatis concessit.

Ciacconius Tom. III. p. 707.

§. XVI

Succedit *FRANCISCVS BORGIA* *qqq*) natione Hispanus, ex oppido Sauinae, Filius nothus *Alphonsi Borgiae Cardinalis*, ex Protonotario Apostolico Archiepiscopus primo Cosentinus, mox Cardinalis. Intererat Pontificiis Iulii III. comitiis, de quo cum sinistra quaedam in litteris ad Ducis Ferrariensis Curatorem scriptis et ex improuiso a Iulio lectis, retulisset, carceri demandari iubebatur, unde tamen Cardinalium precibus uicissim exemptus. Tandem uero Cardinalitia dignitate ab eodem

F

Iulio

22.

24. 6

25.



Julio exutus, subita morte, antequam se purpura spoliatum cognosceret e uiuis an. C. 1511. discessit.

qqq) Ciaccon. Tom. III. p. 106.

§. XVII

Francisco Borgiae comitem se adiungit *CAESAR BORGIAE* Alexandri IV. ex Vannotia Romana nothus, ex Archiepiscopo Valentino renunciatur a Patre Cardinalis: Armorum deinde amore captus, Cardinalis dignitatem d. ult. Iul. 1498. repudiauit, ac cum Charlotta Regii sanguinis virgine coniugium inii. Italiae dominatum insigni quadam *imperandi libidine* affectabat, adeo ut etiam in uexillis signum hoc praeferret: *Aut Caesar, aut Nibil. vrr*) Tantae tyrannidis fuit, ut fratrem Canidianum Ducem, noctu a se occisum, in Tiberim abiiceret; Principem Bisellum in uxoris amplexibus confoderet, ueneno locupletissimos quosque e medio tolleret, et inter eos Cardinalem Borgiam cognatum suum. Tandem Neapoli captus in Hispaniam mittitur, sed triennio post e custodia fune dimissus abiit, et equos Pigmentellio Beneuentano Principe suppeditante, ad Iohannem Nauarrai Regem profugit, cuius cum castra contra Alarignum Regulum sequeretur, ignita glande laesus occubuit anno 1535.

rrr) Vid. Gariberti I, 5. de uit. Pontif. et qui citat Zvingerus Theat. V. H. Vol. 3. p. 1060. Ciaccon. Tom. III. p. 173. Machianell. in Principe cap. VIII. p. 88. cap. XI. p. 140. edit. Conr.

§. XVIII

Proximus iam pergit *LVDOVICVS BORBONIVS*, Archipraeful Senouensis, Eccl. Laudunensis, aliarumque Epi.

Episcopus administrator Nothus *Iohan. de Bourbon*, Comitis de Vendome, et Henrici Magni propatruus, Borboniae stirpis decus, et Purpurae Cardinalitiae ornamentum, tum fuisse traditur.

sss) *Imhoff. Geneal. Excell. Famil. in Gall. Tab. 17. Familiae Regiae. Sammarianor. Gall. Christ. Tom. IV. p. 339. Tom. III. p. 725.*

§. XIX

Sequitur *GABRIEL RANGONVS*, natione Italus, Matthei Regi Hungariae pergratus, qui genus suum diu suppressum tandem Bononiae apud Iohannem Bentiuolum retexuit. Et tunc in eadem domo *Nicolaus Comes Rangonius*, Bentiuoli gener, quem *Gabriel* manibus amplexum *fratrem* salutauit, eodemque Parente utrumque genitum indicauit. *Exhilarati Nicolaus*, qui fratrem, et *Iohannes*, qui affinem inuenerant, aude, qui hoc fieri posset, sciscitabantur; Tum ille occultum patris crimen reuelans dixit: eum in agro Veronensi adolescentulam ruricolam ad illicitum concubitum allexisse, ex quo progenitum utrumque, apud matrem, genitore pecunias submittente, adoleuisse. *Gabriel* deinceps *Matthia* Rege Hungariae intercedente d. 27. Sept. anno 1486. *Cardinalium coetui* fuit adscriptus.

Ciacconius de V. P. et C. Tom. III. p. 67.

§. XX

Prodeat unicus adhuc *HIPPOLYTUS de MEDICIS*, pariter ex infami thoro natus. *Iulianus enim Laurentii* Medicaei filius, uxorem duxit *Philibertam Sabaudam*, amitam *Francisci I. Galliarum Regis*; sed cum nullos ex

F 2

ea

22
23
24. 6
25



ea liberos produceret, per adulterium ex Vrbinate hunc Hippolytum suscepit, qui a matre prius ad publicum expositorum locum delatus, mox a Patre agnitus et educatus est. ^{sss}) Purpura Cardinalis induebat ipsum anno 1520. patruus Clemens VII. quam deinde morte praeuentus anno 1535. in agro Fundano iterum depositus.

^{sss}) Rung. Ruland. de Commiss. l. i. c. 7. n. 4. et ex eo Nicol. Ritterhus. Exeg. Hist. Genealog. p. 149. Sammarthan. Gall. Christ. Tom. I. p. 86.

§. XXI

A Cardinalibus ad Episcopos delapsi primum sistimus *IOHANNEM FRANCISCVM de SABAVDIA*, Episcopum Geneuensem, qui ex illegitimo ^{ttt}) thoro *Francisci*, Episcopi Genevensis prognatus, diem suum A. C. 1522. obiit.

^{ttt}) Imhoff. Geneal. Excellent. Famil. in Gallia Tab. III. Familiae Sabaudiae.

§. XXII

Alter erit *IOHANNES MATTHAEVS GIBERTVS* spuriorum collegio a Palaeoto atque Palatio adscriptus, quem tamen nobili *Ianuensi* stirpe, Franco Giberto Patre Panormi natum ^{uuu}) tradit. Leoni X. in primis charus, et Clementi VII. ab intimis consiliis fuit, a quo etiam ad Veronensem Episcopatum A. 1524. euectus.

^{uuu}) Vghellus Italiae Sacrae Tom. V. p. 993.

§. XXIII

Tertium locum occupat *STEPHANVS* cuius mater *Helena* uxor *Wilhelmi Gardiner*, armigeri, quae filio

lio suo ex adulterio suscep^{to} Gardineri, (qui credeba-
tur pater,) nomen imposuit. Caeterum haec ipsa He-
lena itidem *notba* Patrem agnouit *Casparum Tudorem co-*
gnomento de Halsefeld, cuius frater Edmundus Tudor
filium genuit Henricum VII. Regem Angliae et Fran-
ciae, antea Comitem Richmondiae dictum *www*) Ste-
phanus vero Episcopus Wintoniae et Angliae Cancel-
larius euasit, atque sub Maria A. 1555. d. 12. Nou. inuiuis
esse desit.

W W W) Vid. Burnet. Indic. Histor. Reform. Angl. Vers. Lat. p. 2.
l. 2. p. 557. cit. Imhoff. Reg. Britanniae Geneal. part. post. c. 45.
p. 154. et part. prior. Tab. X.

§. XXIV

Sccedit *GEORGIVS ab AVSTRIA*, quem na-
turem Maximiliani Imperatoris filium fuisse Sammar-
thani testantur. Prout etiam Brixensi prius Episcopatu
mox Archiepiscopatu Valentino functus ab iisdem
dicitur. Mortuus est d. 4. Maii. 1557.

Sammarthani Gall. Christian. Tom. II. p. 644.

§. XXV

Restat adhuc ultimus Episcoporum *HENRICVS*
BORBONIVS, qui illegitimus *Henrici M.* filius ex Hen-
rietta Catharina de Balsac prognatus. *xxx*) Maximam
uitae suae partem insulatus transegit, et praeter complu-
res Abbatias, Episcopatum etiam Merensem longo an-
norum spatio curauit. Cum V. Calendis Ianuarii A. 1662.
Equitibus ordinis Regii, et paulo post Ducibus ac Pari-
bus Galliae adscriberetur; reliquo Episcopatu, et Ducis

F 3

Ver.

29
22
24. 6
25.



Vernulli titulo assumpto, legationem quantam 1665 in Angliam obiit.

xxx) Sammarth. Gall. Christ. Tom. IV. p. 485. Imhoff. Excell. Familiar. in Gall. Genealog. Class. I. p. 65. 66.

§. XXVI

Ex *Canonicis* uel unicum nominasse sufficiat *IOHANNEM TEUTONICVM* yyy), qui licet ex illegitimo thoro prodisset, tanta tamen eruditionis laude pollebat, ut ad *Halberstadensem Canonicatum* apertum sibi aditum uideret. Cum uero huius generis officia non nisi nobili prosapia natis alias conferri solerent, non exiguum collegarum inuidiam experiebatur, quae subinde cum contemptu ex illegitima eius natiuitate resultante erant coniuncta. Quamuis uero aegerrimo omnia haec animo sub initium ferret Teutonicus, uindictam tamen opportuniori tempori uoluit relinquendi. Collegas igitur ad conuiuium aliquando inuitari iussos lautissimo more excipere sategit. Ipfis uero liberius paulo indulgentibus genio, hanc quaestionem mouebat: *Num suum quisque Parentem aspicere cupiat?* Sed uix ad finem deducta erat quaestio, ex quo tanta Patrem uidendi libido animos eorum incedebat, ut ardere desiderio uiderentur. Tum uero Johannes malo quodam carmine usus, conspiciendas ipsi praebet *deformes coquorum, stabulariorum, mariorum umbras, quorum facies in Paternis quondam aedibus illi se uidisse fatebantur.* Tandem suum quoque Patrem *Canonicibus* habitu induitum exhibuit: dicite, inquiens, fide bona, cuius patrem iudicetis nobiliorem? At isti metu perterriti et rubore suffusi suas protinus domos repetierunt, oblitis omnibus quae peragerentur antea.

yyy) Hanc

1777) Hanc Historiam ex Germanicorum Adagiorum autore hau-
sisse se fatetur Martinus Del. Rio Disquis. Magic. l. 2. quæst. 29.
sect. 3. p. 349. et ex hoc Harsdörffer im Geschichtsiegel p. 668.
Conf. Magnif. Dn. D. Carpzou. Leichenpredigten, part. 2. p. 181.

SECTIO II

SPVRIOS IN RE LITTERARIA CLAROS
EXHIBENS.

§. XXVII

Qui primum locum hic occupare iubetur, *HOME-
RVS* est, cuius illegitimatam originem *εἰς τὸ ἀτογένεσατον* He-
rodotus 222) exposuisset sibi uidetur. Cum enim ait,
uetusta illa Aeolum ciuitas *Cuma* prius conderetur eodem
etiam *Melanopus* ex Magnesia, homo fortunae non per-
inde amplae, expeditae tamen migravit. Vbi ex *Omy-
retis* Cumani filia in matrimonium sibi iuncta foemi-
neam suscepit prolem, cui nomen indidit *Critheidis*, *Me-
lanopode* uero una cum uxore defunctis, commissa in-
terim filia *Cleonactis* Archiui tutelae, quo familiarissime
uti consueuerat Pater assurgente dein ad pleniorem ae-
tatem puella, accidit forte, ut *e furtivo concubitu praegnans*
deprehenderetur, quod cum rescivisset *Cleanax*, infamia
inde profectura motus, clam Critheidem *Smyrnam* de-
portari curauit, ubi etiam iuxta fluum Meletem Ho-
merum est enixa, *Melesigenis* nomine ipsi imposito. 1) Cae-
terum, quae de *aetate*, 2) *nomine*, 3) *patria Homeri*, 4) nec
non de *Troianae Historiae* *ueritate*, 5) passim eruditii disce-
ptant, nostrum, non est, tantas componere lites. Quin
potius suave illud *Iacobi Cappelli* somnium hic adiecis-
sice liceat, quo *Virgilium* cum *Homero* conferendo, non dubitauit

Home-

22.

24. 6.

25.



Homerum a Virgilio lectum, et Homerum cum sacris scriptoribus eo uetustioribus comparando, uix temperare sibi potuit, quin crederet, ab Homero lectos Scriptores illos sacros, si non integros saltem $\alpha\pi\delta\mu\epsilon\mu\omega\mu$. 6) Sed conuenientius statuisset Cappellus: quam uerum est Homerum a Virgilio lectum, tam improbable esse, Sacram Scripturam Homero unquam fuisse cognitam. Editus est quidem superiori 60. anno in Anglia liber, in quo Parallelismus Carminum Homeri cum Scriptura S. et aliis Gentium Scriptoribus demonstratur, a Iacobo Durorto Cantabrigiae, et uulgatus sub titulo: *Homeri Gnomologia*; Verum enim uero totus isto liber, nil nisi naturae legem, quam Scriptura Sacra quoque tradidit, Ethnicis fuisse cognitam, et $\tau\delta\gamma\omega\zeta\tau\delta\theta\epsilon\omega$ manifestum fuisse etiam gentilibus probat. Salutaria enim monita, atque documenta, ad uitam et mores spectantia, ex Homero excerpta, cum dictis Sacrae Scripturae conferuntur, et Gentiles, quod mores et uitam attinet, quandoque legi Dei consentanea docuisse, demonstratur. Certe satis modeste et uere sentit ipse Autor, dum *Iulium Caesarem Scaligerum*, quod $\delta\epsilon\pi\tau\pi\mu\omega\mu$ Homerum appellauerit, reprehendit. 7)

zzz) Herodot. de genere uitaque Homeri p. 558. seqq. edit. Londin.

(1) Dicebatur Homerus Melesigenes, non tantum iuxta hunc fluuium, sed quasi ab ipso fluvio genitus, prout etiam alios ex scor-
tis natos, ad uelandam natalium infamiam, coelestem originem
fixisse sibi nouimus, ut *infamis generis opprobrium sub honestatis titulo in uulgo bene audiret*. uid. Eden. Neuhus. Theatr. Ingen.
Hum. lib. 2. c. XI. p. 204. (2) De aetate Homeri uid. Caluif.
Chronol. an. M. 3038. (3) De nomine eius (Homeri) Magirus
Eponymolog. Crit. p. 451. (4) De patria Homeri integrum
tractatum emisit Leo Allatius. (5) Quae de Troia capta Ho-
merus in Iliade retulit, falsa omnia et confititia Dio Chryso-
stomus

stomus peculiari oratione de illo non capto pronunciat; Defendit tamen eiusdem historiae veritatem M. Kirbach in Homero a Dione Chrysostomo vindicato VVitreb. 1687. (6) Cirat hunc eius locum ex Vindiciis Cappelli cap. XI. et XII. (quae de Hebraismis Homericis agunt, de quibus etiam peculiarem librum emisit Baganus sub titulo: *Homerus ἐβραιῶν*.) Mericus Casaubonus in Diss. de nupera Hom. edit. Sed bene subiungit: *non ego, ut quisquam credat, labore.* (7) vid. omnino elegantissimam et omni eruditioris genere instruētissimam Dissert. Dn. Frid. Bened. Carpronii, de quarta Ecloga Virgilii sub praesidio B. Rapposti an. 69. habitam.

§. XXVIII

Secundum occupat *BION*, 8) qui genus atque parentes ab Antigono recensere iussus, Patrem suum libertum esse dixit, *τῷ ἀγρῷ αἴρουσσινεν* cubito se tergentem, genere Borysthenitem, faciem non habentem, sed in facie acerbissimi Domini scripturam; Matrem uero *απ' οὐρανού*, ex Iupanari fuisse profectam.

8) Vid. Laertius de Vit. Philosophorum lib. 4. conf. edit. Meibomii Amstelodam. segm. 46. ubi et nomen matris, quod Olympiae Laenae fuit, ex Athenaeo traditur.

§. XXIX

Tertium *DEMOSTHENES*, cui illegitimae natiuitatis maculam post Palaeotum atque Heuterum Palatius etiam inurit. Sunt qui patrem eius cultellos uenidisse dicant, 9) sed ab his longissime *Lucianus* 10) abit, qui Patrem ipsius Classis praefectum, atque adeo in dignitate Atheniensium maxima constitutum fuisse asserit. Diligentior, quam ingeniosior fuisse creditur, 11) et diligentiam attinet, quod tanta animi alacritate in studio-
G rum

29
22
24. 6
25

rum suorum culturam ferebatur, ut adolescens adhuc antrum ingressus, ne egredetur, studeret, et quo cele-
rius surgere posset, in angusto admodum lectulo, cape-
ret somnum. Litteram R. exprimere nescius, labore id
perfecisse, et qui humerum in declamando indecora-
ueret, suspenso uero uitium pepulisse dicitur. 12)

- 9) *Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit, ipsorum quoque seculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos uenditasse omnium pene doctorum litterae loquuntur.* Verba sunt Val. Max. l. 3. c. 4. p. 294. edit. Lugd.
10) *Lucianus in encomio Demosthenis quod extat Tom. II. Oper. p. 689.* edit. Amstel.
11) *Magirus in Eponymol. p. 269.*
12) *Simile ferme Francisci Visdomini exemplum ex Henrico Willot recenset Mayerus de studiorum mutatione §. 8. p. 34.* Reliqua de Demosthene notanda ex Vita eius binis uicibus a Plutarcho, tribus uero a Suida descripta peri possunt. Colle-
ctum extant omnia in Demosthenic. Oper. Gr. Lat. Tom. V.
pag. 316.

§. XXX

In theatrum iam producimus non ignotam Viro-
rum trigam: *PETRVM LOMBARDVM, GRATIA-
NVM, ET PETRVM COMETOREM*, quos non
tantum fratres, sed spurius insimul credit Heuterus.
13) *Communiter eruditorum consensu res illa hodie in
dubium vocatur; et alii quidem ex eo falsitatis hanc
sententiam conuincere tentant, quod diuersis tempori-
bus inclaruerint illi, Gratianus scil. sub Henrico IV. A.
1120. Lombardus uero sub Conrado III. a. 1140. et Pe-
trus Comestor sub Friderico I. Imp. a. 1160.* Sed quod
citius aut serius alter altero inclaruerit, non facit ad pro-
bandam natalium integritatem. Magis urget, quod ex
patriae

patriae diuersitate autores 14) petunt, Gratianum scil. Hetruscum fuisse ex Clusio Ciuitate, Petr. Lombardum ex Nouaria, Petrum Comestorem Gallum ex Trecis, seu Trecensem. Sed et hoc argumentum illud tantum probare uidetur Zieglero 15) non fuisse fratres istos ter geminos uno puerperio natos, propterea tamen non sequi, eos non fuisse spurios et adulterinos, cum utique diuersis temporibus, et in pluribus locis adulterium a matre committi potuerit.

13) Nota alias, quae de matre horum circumfertur historia, quasi a Confessionario stupri toties commissi monita, et ad resipiscientiam excitata respondisset: se non posset nec debere poenitentiam agere, cum tam praeclara orbis lumina edidisset. Vid. Gerhard. Patrolog. p. 577. Quae alias de scholastica Lombardi Theologia notanda uenient, vid. ap. Hort. Hist. Eccl. p. III. sec. XII. p. 77. Olear. Abac. Patrol. p. 373. De eius plagio lit. uid. Thomasium, qui et Gratiani plagium notauit Diff. de plag. Lit. §. 452. Comestoris Historiam scripsit Gualtherus Hunterus Anglus, teste Voss. de Historic. Lat. lib. 2. p. 635. 14) Autores sunt Vossius l. c. p. 434. Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiast. p. 198 Baronius ad an. 1144. num. 15. et qui recenset tantum Hotting. H. E. part. III. p. 74. ubi et fratres spirituales a quibusdam dici obseruat. 15) Ziegler. Proleg. in Ius Canon. p. 29. §. 37.

§. XXXI

Iam prodire iubemus JOHANNEM ANDREAE, quem illegitimis natalibus ortum dicunt Palatius, Heuterus et Palaeotus. Rutilius uero 16) honestis quidem, attamen obscuris parentibus ipsum prognatum afferit. Insignem ex Iure Canon. uoluptatem cepit, cui eam quoque impedit operam, ut magni Bononiensium Icti nomen inde reportaret. Publici usus fecit praeter glossas continuas ad librum VI, Pontifacii VIII, et Nouell. Cle-

G 2

men.

22

24 6

25



mentis V. duo quoque *Commentariorum* volumina, quibus No-
uellarum et Mercurialium titulos inscripsit. Non pau-
ca etiam *Guilielmi Durandi speculo* addidit, quae tamen ple-
rumque ex Oldradi Laudensis Consiliis, nomine auto-
ris suppresso, petiit, hinc furtis proditis (Baldo insignis
alienorum laborum fur nominatus. 17) Excessit e ui-
ta Praedirae die 7. Iulii A. C. 1348.

16) *Rutilius de vitiis ICtorum* pag. 315. seqq. 17) *Thomasius de Plag. Litt.* §. 359.

§. XXXII

Accessum iam parat *BARTOLVS de SAXO FER-
RATO*, quem plerique 18) forte quod eius gentis no-
men non legatur, spurium et incerto Patre natum au-
tumat; sed *Pancirollus* 19) eum ex Seuerorum familia,
quae adhuc *Sentini Bartolo* progenitore glorietur, Fran-
cisco Bonnacursio Patre natum testatur. *Eybenio* an. 1303.
Rutilio an. 1309. lucem hanc aspexisse dicitur. Linguae
Lat. minus peritus opusculum aliquando pusillum de In-
signiis (insignibus dicere debebat) edidit, de quo sic *Lau-
rentius Valla*: 20) *Dii immortales: quam omnia sine pudore,
sine pondere, sine grauitate!* *A sinum loqui non hominem putas.*
Mathesi tamen et literis Hebraicis maxime uero Iuris
civilis studio, tanta animi alacritate incubuit, ut accep-
pta Doctoris laurea Professoris munera Pisii obire iube-
retur. Quibus relictis Perusium concessit, ubi inde-
fesso labore summi ICti nomen in tota ferme Italia sibi
promeruit. Et hac eius excellenti Iuris scientia *Carolus
IV.* motus non Bartolum modo, sed omnem eius poste-
ritatem insignibus, aliisque priuilegiis exornare non du-
bitauit. 21) Ab ore eius multi pendebant discipuli,
quo-

quorum *Baldum* ICtum longe celeberr. nominasse sufficiat. In libris conseribendis non parum a *Francisci Tigrini* commentariis adiutus fuisse dicitur, quae enim ab eo minus ordinate scripta erant, Bartolus ordine digesta pro suis uenditauit. Sed de his alii iudicent. Obiit Perusii An. Christi 1355. aetat. 46.

18) *Palatius*, *Palaeotus*, *Heutetus* etc. 19) *de claris Leg. Interpret.* lib. 2. c. 76. *conf. Magir. Eponymolog.* p. 109. 20) *Ioh. Conr. Dieter.* in *oratione*, cui titulus: *Graecia exulans*. 21) *Rutilius* in *uit. ICtorum* p. 239. sqq. cui proxime quod ex *Mollero Magirus* obseruat, accedit, quasi regio etiam *edicto* cauum fuisset, ut in *Hispania* et *Lusitania* in *confidu* opinionum *Bartoli* obseruaretur sententia.

§. XXXIII

Excipit eum *IASON de MAYNO*, ab *Heutero*, *Palaeoto* et *Palatio* ad nothorum coetum relatus, cui sententiae uel inde robur accedere uidetur, quod haec in *Epitaphio Papiae* ipsi posito uerba legantur: *Hic requiescit Iason Maynus, quisquis ille fuit.* 22) *Magis* tamen paternum *Iasonis* elogium autoribus illis fauere creditur, quod sic se habet: *Relinquam filio meo mulo, mulam.* 23) *Summa* auditorum frequentia docuit *Pisis*, *Paduae*, et *Pauiae*, cumque *Ludouicus XII.* *Genua* subiecta, de *Liguribus* triumphasset, auditorium ingressus, *Iasonem* per integrum horae spatiū docentem audivit, et auditum aurea roga donauit. 24) Sed diuersa plane fortuna *Mediolani* utri ei licuit; etsi enim omnes *Iuris Professores* obstrictos tenere uideretur, quadam tamen *Mediolanensium* constitutione *spurium nullum ad tale officium admittente* 25) *praepeditus*, nullo Professoris priuilegio ibidem gaudet.

G 3

re

22.

23.

24. 6

25.



re potuit. Ex libris eius *Illustrationes in Codicem et Digesta* nominasse sufficiat, quos non sine plagii Litterarii suspicione confecisse 26) creditur. Mortuus est Papiae A. C. 1519. aet. 84.

22) Rutil. V. p. 254. 23) Riemer. *Dissert. supra cit. §. 29.* 24) *Mathiae Theat. Histor. p. 78. b.* 24) *Palaeor. de Spur. c. 56.*
26) *Thomas. de Plag. Litterar.*

§. XXXIV

Iasonem comitatur *CHRISTOPHORVS LONGOLIVS*, quem filium naturalem *Antonii Longolii* non nulli credunt, 27) aliis cum honesto spendidoque inter suos loco natum dicentibus. 28) Primos eius uagitus. *Marclinia* excepit, Caesarum ditionis oppidum, *Philippi* et *Caroli Hispaniarum Régum* incunabilis longe celeberrimum. *Puer* uix IX. annos natus *Lutetiam* *Parisiorum* missus omnibus artibus egregie profecit, *Lectione Plinii H. N.* totum se dicauit, sed cum res ipsas in angustum a Plinio conclusas, se non penetrare posse intelligeret, *Graecos* ipse adiit *autores*, a quibus illa Plinii emanasse putabantur. Quando uero de *stirpium natura*, sed et de *piscibus* multa Plinius traderet, causa ipsi in Narbonensem Provineiam stirpium fertilissimam, piscium etiam abundatissimam, proficisciendi fuit. Eam uero patrem, quam Plinius terrarum orbis descriptione complexus est, diligentissime est persecutus, et omnia descripta a Plinio loca, quorum uel uestigia manserant, ipse adire uoluit. *Formam dicendi* inconditam ab initio prae se fe-rebat, quam tamen *Petri Bembi* consilio adeo ad illam *Ciceronis* emendauit, ut quibusdam felicissimus *Ciceronis* in scribendo imitator audiret. Quos scripsit *Libros*, *Batesius* 29) recenset. Obiit A. C. 1522. aet. 33.

27) Pa.

27) Palaeotus, Heuterus. Conf. Isaacum Bullartum in Academ. Scientiar. et art. part. 2. l. 3 fol. 155. 28) Batesius Vit. Sele&t. p. 240.

§. XXXV

Prodeat iam in medium *CAELIVS CALCAGNI-NVS* Ferrariae e honesta familia, patre non ignoto prognatus, cum uero quae *mater* eius non adeo constaret, inde ansam forte sibi datam credidere Palaeotus et Heuterus, eum spuriorum Catalogo inserendi. Eruditione et uirtute eius *Dux Ferrariae* motus, Canonicum illius urbis constituit. Tanto in libros ferebatur amore, ut intra Bibliothecam suam *sepeliri* crebrius obtauerit. 29) Pedestri sermone non adeo magnam eruditorum laudem, maiorem uero *carminibus* sibi promeruit. Librorum, quos consignauit; potiores hi sunt: *Epistolicarum quaestionum*, et *Epistolarum familiarum libri XVI.* *De rebus Aegyptiacis* *commentatio*; *Liber de iudiciis*; *De tesserarum et calculorum ludis*; *de concordia*: *Carminum lib. III.* *Encomium publicis*; et *qui memoratu dignus*; *Disquisitionum in illos officiorum Ciceronis liber*, quo *Tullium* reprehendendum sibi sumvit; sed defensionem huius tantis animi viribus, tanta eloquentia *Maioragius* suscepit, ut si *Calcagninum* uiuum adhuc *Apologia* illa offendisset, eum *prae indignatione* atque animi moerore mori adegisset. 30) *Floruit circa an. C. 1249.*

29) Tradunt historici, foribus Bibliothecae, quam publico Calcagninus legauit, hodieque in conventu Iacobinorum Ferrariensem ostenditur, hanc praefixam esse inscriptionem: *Index tumuli Caelii Calcagnini, qui ibidem sepeliri uoluit, ubi semper uixit.* 30) uid. omnino *Teissierum* in *elogiis Doctorum, conf. Morbof. Polyhist.* part. 1. l. 1. c. 25. p. 318.

§. XXXVI

Deducimur iam ad *Philippum Aureolum Bombastum, THEOPHRASTVM PARACELSVM* a Hohenheim. Eremitam,

22.

23.

24. 6.

25.



mitam, Philosophum, Medicum, Theologum, quem Erasmus anno 1493. ut quidam uolunt sanguine Parentum criminibus rubescente ortum dixit, sed et ex Bombastorum ab Hohenheim familia prodiisse prorsus negauit, ut uago incertique laris uiro, et communi foeminae notum adoptaret. Prolixetamen partes eius defendendas suscepit Fridericus Bitiskius 31) ad quem etiam B. L. remittimus. Diuersa prorsus hominum iudicia passus est Paracelsus, benigna ab his, duriora ab illis: Benignius de eo Medico iudicavit Hachenberg, 32) dum Chymicae artis peritissimum nouam, ait, instituisse Medicinam, quam Hermeticam ab Hermete Trismegisto uocari uoluerit, multis in partes eius transeuntibus, quod illum Philosophum sagissimum, Chymicorum antesignanum, Medicum incomparabilem et esse et haberi contenderent. Benigniorem de eo Theologo sententiam pronunciare uidetur Morhofius 33) dum summo ingenio et maximorum meritorum laude clarum appellat, cuius post mortem pleraque ab aliis edita fuerint, quae si ipse edidisset uiuus, fortasse alio habitu se exhibuisserent: plures etiam Theologicorum eius librorum esse posthumos atque adeo a morosis censoribus ad uiuum non resecandos, addit etiam, se in omnes N. T. libros a Paracelso Commentarios in I. Vossii Bibliotheca reperisse. Quo ipso tamen nequaquam Vir ille celeberrimus crassiores fidei errores defendendos suscepit, in quos turpissime Paracelsum inductum nouerat. 34) Sinistra uero de eodem iudicia uel ex solo Goelenio Heautontimorumenhoauisseliceat, qui multa paucis complexus: Neminem, ait, unquam fuisse Magum, Necromanticum, dissolutum, uenescum, si Bombastus non fuerit. 35)

31) Bitiskius in praefatione tribus Paracelsi Operum Medicorum uoluminibus edit. Geneu. anno 1658. praemissa. 32) apud Eybenium p. 637. 33) Polyhist. Litterar. l. 1. c. 10. p. 94. 34) Paracelsi in Theologia errores notauit Kromayerus Scrutin. Rel. Disp. 17. part. 1. th. 2. p. 132. 35) Goelenius Heautontim. extat in theatro

theatro sympathetico aucto Norimb. an. 1662. p. 36. Von Paracelsi dissoluten Leben wird beym Kirchero gelesen, daß er ein so unordentlich Leben geführet, sich täglich toll und voll gesoffen, und in dieser rosenden Trunkenheit seine Bücher gemacht. Monathische Unterredungen Mensl. Ianuar. 1678. p. 47. ubi etiam Commentarii eius in Danielem propria manu scripti, nec non aliorum eius operum mentio iniicitur.

§. XXXVII

Sistimus nunc *IVLIVM POMPONIVM LAETVM* natuitate Calabrum, Laurentii Vallae quondam auditorem, quem spuriorum nota discipulus eius Sabellius, 36) et inde Palaeotus, iuxta ac Heuterus notarunt. Vixit is seculo decimo quinto et insignis purae dictio[n]is Latinae amator fuit, sed et *historiae ueteris* scrutator diligens; quamquam hanc suam diligentiam circa uerba tantum, circa historias aliquot, tūm taxa eruta et monumenta diruta uersari iussisse dicatur. *Linguae Graecae* prorsus erat ignarus, *Christiana* etiam *religionis* contemptor. Ac illam quidem ideo attingere noluit, ne qua peregrinitate Latinam contaminaret; Tantus etiam Romanae uerustatis admirator fuit, ut Christiano Petri nomine reiecto, Pomponium sese diceret. Irruente uero aetate Christianam ei religionem curae iterum fuisse dicitur, quam contemptui antea exposuerat. Edidit praeter alia *Compendium Historiae Romanae*, ab interitu Gordiani usque ad Iustinum III. in quo de Caesaribus legas 37) quae uix alibi, utpote magnam partem ex Veterum panegyris hausta. Scripsit et librum de *Mahometo*, item *de Magistratibus Romanis*.

36) Sabellius in vita Laeti ad Maurocenium scripta. 37) Vossius de Scriptor. Lat. lib. III. p. 613. conf. Matth. Theat. p. 1016.

§. XXXVIII

Progreeditur demum *DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS*, cuius Pater Gerardus spe coniugiiclam rem

H habe.

22.

23.

24. 6

25.



habebat cum *Margaretha*, Medici cuiusdam filia; ubi uero
 modis omnibus a matrimonio se exclusum uideret, abitum
 parauit, grauida interim coniuge, quam sibi promiserat,
 relicta. Hinc et occultius paulo res haec transigeretur,
 defloratam partui proximam Gouda Roterodamum
 transferri curarunt amici, ubi etiam d. 28 Oct. 1467. enixa
 est Erasmus, *Gerardum Gerardi* ab initio dictum. Post
 quam uero ex ephebis excesserat adolescens, a tute
 in monasterium inuitus 37) plane detruditur; Euocatus
 deinde ab Episcopo Cameracensi Lutetiam Parisiorum
 studiorum gratia tendit; ab hinc in Angliam, et inde in
 Italiam profectus, *Taurini Theologiae Doctor* renuntia-
 tur. *Venetias* delatus *adagiorum* suorum opere signum ue-
 lut quoddam ex arce Palladia ad litteras Graecas par-
 ter atque Latinas instaurandas extulit, 38) fortius hoc
 opus, in patriam reuersus, exantlaturus. *Hoc facto, Disciplinam Ecclesiasticam* multum a sinceritate Euangelica
 prolapsum aduertit, ideoque passim quorundam arrogan-
 tiam, et auaritiam liberiori quodam stylo perstringere
 non dubitauit; quanquam non adeo magno librorum suo-
 rum bono 39) *Aduersarios* Erasmus multos est expertus,
 quos ad duo potissimum genera *Baudius* 40) reducit. *Qui-
 dam enim stylum eius et dictionem carpunt*, aliis eum
 tanquam subsannatorem omnis Religionis, et fautorem
 teterimae Arianorum haereseos insectantibus. Ad pri-
 ores recundendos sufficere credit *Baudius*, si dicamus, Era-
 smum esse secutum uenam et ingenii sui ideam. Sed ab
 irreligiositatis flagitio abunde hominem absoluere tot
 praeclara meditamenta, quae ueram prorsus et uiuam
 pietatis indolem spirent. Quod uero *Arianorum partibus*
 accessisse uideretur, inde ortum traxisse dicit, quod in
 annotationibus in *N. T.* saepiuscule negarit, quidquam
 ad

ad rem facere nonnullos Scripturae locos, unde orthodoxi aeternitatem Filii Dei, et eandem cum patre essentiam comprobari credidissent; iam uero quod minus ad Arianos transferit, *primi capitis Euangelii secundum Iobannem explicationem* abunde docere. Porro, quia salibus et iis interdum aculeatis, aniles quasdam superstitiones perstrinxerat, orta hinc contemptarum Religionum opinio, cum contra charitatis Christianae norma, humaniorem potius suadere debuisset interpretationem. Haec Baudii mens. *Valetudinis infirmitate admodum Erasmus fuit, cum primis uero calculo laborauit, de quo sic alicubi: Foeminae, inquit, sterilescunt aetate, me senectus reddit foecunditatem; aut enim concipio, aut pario, aut parturio. Sed partus est uiperinus, et uereor, ne quando Parentem interimat: Certe semel atque iterum graui periculo sum enixus, quod si parum fauente Iunone atque Lucina, niti coepero, uixerit Erasmus.* 41) Vixit etiam, dum Basileae d. 5. Idus Iulii anno 1536. in aedibus Hieronymi Frobenii moritur, cum natus esset annos 70.

37) *Inuitum se in monasterium intrusum ipse Patri Seruatio exposuit apud Batesium in Vit. Sel. pag. 191. dum inquit? Vnum hoc caeteris omnibus grauius esse duxi, quod in huiusmodi uitae genus esse detrusus, a quo tum animo, tum corpore esset alienissimus: animo, quod a ceremoniis abborrerem et libertatis amans esset; corpore, quod etiam maxime placuissest uitae institutum, corporis natura non serebat istiusmodi labores.* 38) *Litterarum restaurator Erasmus audit in inscriptione lapidis quadrati, qui statuam Erasmi iusta magnitudine ex aere fusili confestam Roterodami in ponte prope forum sustinet; inscriptionis uerba producit Thulemar, de Aurea Bulla pag. 106. 39) Librorum Erasmi Catalogus exhibetur a Batesio Vit. Select. uir. pag. 211. *Varia autem fatorum genera illi experiri cogebantur. His enim a Pontificiis mutatis, prohibebantur alii. De immutatione Colloquiorum agit**

H 2 ipse

22

23

24. 6

25



ipse Erasmus in *Coronide Apologetica*, quam sicut edit. Collo-
quiorum Amstelodam. 1650. Idem ferme de *adagiis eius et apophtheg-
matis* ex Keckermanno et Heidfeldo obseruat. Dn. M. Fabri-
tius Decad. Decadum num. 35. 36. Conferatur Index Librorum
prohibitorum Hispalieus Madrit. an. 1667. ubi secundum se-
riem operum, quae nouem *Tomis distincta Basileae per Hieronymum
Frobenium et Nicolaum Episcopium anno 1540.* prodierunt, purga-
tio instituta pag. 296-316. 40) Baud. Cent. II. Epist II. p. m. 184.
Hic ex eruditorum de Erasmi iudiciis id tantum adiicimus,
quod eum *Virum magno ingenio, eruditione, nequi minore iudicio
et prudentia dixerit Georg. Calixtus apparat. Theolog.* pag. 154.
qui noster tamen profecto non fuerit, neque esse, vel audire un-
quam uoluerit. A iudicio eum quoque commendat Morhofius
Polyh. part. I. c. 22. p. 263. Confer Acta Eruditorum A. 1688. p. 268.
Caeterum *Compendium Theologiae Erasmicae ex scriptis eius col-
lectum Danielum Brenum Roterodam. 1677.* edidisse constat.
41) *Epistola 21.*

§. XXXIX

Sequitur *HIERONYMVS CARDANVS*, qui ipse
illegitimo concubitu se suscepit haud obscure testatur:
*Cum enim, inquit, natus essem Papiae, grassante in urbe nostra
peste, tum etiam, quod mater partum ipsum occultari uolebat,
ne illius affines rescisserent. Pater enim meus ut senex ac Ictus ui-
duae matris meae pauperis publicas auersabatur nuptias; ipsa
uero turpe ducebat, quod diceretur, non ex coniuge peperisse. Ho-
rum causa sub partu tempore Papiam se contulit, ubi non natus,
sed uia in lucem duxus sum. Haec ille 42) Quos conscripserit
libros, in peculiari libro de libris propriis conscripto, fuse
exposuit. Eruditorum de eo iudicia si spectes, magni
quidem nominis Mathematicus et Medicus quibusdam
audit, qui uero in pluribus stolide sapere et minus pue-
ris intelligere uideatur. Nouarum rerum felicissimus in-
uenter alius dicitur, sed audiant hi Thomasium, 43) et
mirari desinent. Senex tandem legibus naturae satisfecis-
fe*

se dicitur eo, quo praedixerat die, nempe 9. Calend. Octob. A. Christi 1576.

42) In tractatu de libris propriis, qui *Somniis Synesis iunctus Basileae 1560.* in 4to prodiit. De Subtilitate libros, quos osties ibi prodicisse testatur, Atheismi olim suspectos fuisse constat. Hinc Mersennus Commentario in Genesin ut Atheum reprehendit eum, qui multa in uetus librorum de subtilitate editionibus esse testatur, quae postea sint in sequentibus uel omissa, uel immutata. Atque ita se rem habere e Scaligeri Exercitationibus probat Morhosius Polyhist. l. 1. c. 8. pag. 72. qui exercitatione 258. praeeuentem Cardanum fecutus, haec eius ulcera tetigit non sine mordaci, ut debebat *epilogos*. 43) De Plag. Litter. §. 376.

§. XL

Iohannem etiam Sleidanum pro spurio a quibusdam haberi audio. Audio, inquam; neque enim scripta huius rei fundamenta in medium proferre scio. Quod si tamen coniecturae locus ortum hanc opinionem inde traxisse crederem, quod suppressis ubique Parentibus a patria Sleida nomen suum obtinuisse tradant Historici.

44) Sed quis est, qui non infirmo admodum talo hoc argumentum niti cognoscat? Ut enim prius taceam, *num Carolostadius, num Pomeranus spurii dicendi sint?* quaero. Suus igitur splendor magni huius viri nativitate apud nos constabit, donec meliora edoëti in aliam sententiam abire iubeamur.

44) Sleide Vbiorum oppido anno 1506. natum fuisse Sleidanum testantur Melch. Adami in Vita Philosophorum pag. 176. Ioh. Schmidt in Schul-Predigten appendic. Chronolog. pag. 273. Quensted. de patriis illustr. virorum et alii. Obiit Sleidanus d. ult. Octobr. anno 1556. cum uis morbi eum labefactasset ita ut ne quidem trium filiarum uel admonitus reminisci posset. Quod ipsum quoque olim *Messalae Coruino Oratori summo* accidisse memoriae proditum est, sic, ut et nominis ipse sui obliuiscetur; et *Hermogeni Tarsensi Rhetori* clarissimo, in quem proinde



Antiochus Sophista: Εργα γεννηταὶ ἐγράψαντες, ἐν δὲ γέγραψαντες. Plura de Sleidano dabit B. Seckendorff in Lutheranismo.

§. XLI

Ad *FVLIVM VRSINVM* pergimus, qui nobili quidem paterno genere natus, propinquis tamen suis minus gratus extitit, quod minus iusto concubitu natus esset. 45) Scripsit de familiis Romanorum, nec non de triclinio Romanorum, *Commentarium*, cui Petrus Ciacconus non pauca addidit; emisit etiam *animaduersiones in Festi Pompeii librum de uerborum significationibus*, et in *Latinos historicos notas*; nec non in *illustrium et eruditorum uirorum imagines*. 46) Diem suum obiit 18. Iun. A. C. 1600. aet. 70.

45) Erythraeus Pinacothec. I. p. 9. 46) Imagines hasce ex antiquis marmoribus numismatibus et Gemmis expressas, Theodorus Gallaeus, Romae ex archetyptis delineauit, delineatas Antwerpiae Anno 1593. incidit, incisas denique ex officina Plantiniana Anno 1606. in quarto, prodire fecit, additus est in fine *Commentarius in has imagines* Ioh. Fabri Bambergensis, Medici Romani, uid. Act. Erudit. Suppl. p. 347.

§. XLII

Succedunt *SCALIGERI FRATRES*. Alter *Criticus et Grammaticus acerrimus*, Poeta excellens, et *Philosophus eruditissimus*; Alter in *Medicina Aesculapius*; uterque illegitimo Patre Iosepho, Riemero iudice, 47) natus. Sed praeter id, quod Scaligeros duos Iosepho patre natos, in *Genealogiis* 48) eorum non reperisse licuerit; Iosephum ipse solide maculam hanc abstersisse credimus. Postquam enim idem ferme *Franciscum Sansouinum* 49) obieccisse sibi intellexerat: *Dei bonitate, inquit, et maiorum meorum uirtute, generi nostro semper suus constabit splendor, qui si nullus a natalibus esset, a patre meo, a me, ab aliis incipere posset, cum unusquisque sit autor nobilitatis suae quories ad priscorum heroum uirtutes*
fese

sese componens, existimat eos maiores suos esse, nec ex quibus genitus, sed quem se ipse genuerit et formauerit, respicit.

- 47) Riemerus Diss. de fortuna spur. §. 60. 48) Vid. Nicol. Rittershus. in Auctuario Genealog. Illustrum aliquot fam. Tubing. Anno 1668. edit. qui a Benedicto ad Iosephum usque progreditur. 49) Sansouinus in illustribus Italiae familiis. Vid. Iosephi Scaligeri Epist. I. p. 3. ubi etiam Pauli Aemilii Veronensis, mentionem facit, qui aucta et annales Scaligerianaæ familiae in Norico natus, a Theodorico Scaligero ad auum usque suum Benedictum historiam Scaligerorum texerit.

§. XLIII

Subsequitur *GALILAEVS GALILAEI* Florentiae nobili ac ueteri prosapia, non tamen legitimo toro natus. 50) Celeberrimi Mathematici nomen per omnes Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, atque adeo totius Europæ oras, obtinuit. Nec hoc mirum, cum tubae a se inuentæ præsidio, tanquam curru inuectus per omnes illas religiones migrauerit. Condidit 51) *is Nuncium sidereum*, tractatum de proportionum instrumento a se inuento, et quod primo loco nominandum erat, *Systema Cosmicum*, in quo IV. Dialogis de duobus maximis Systematibus Ptolemaico et Copernicano, rationibus partis utriusque philosophicis differunt. Quia tamen in eo Copernicane magis sententiae fauebat, quam sacrarum litterarum testimoniis, sanctorum Patrum consensui et fidei Catholicae ueritati contraria Pontificii credebant, a quaesitoribus fidei Romam euocatus, palinodiam canere, ac *coelum moueri, terram autem stare*, palam asserere cogebatur. Tandem 84. annos natus, (quorum postremos luminibus orbatus transegerat) in uilla agri Florentini an. 1640. obiit.

50) Erythraeus Pinacoth. I. p. 297. 51) *Opera Galilaei omnia iun. etim prius Italice prodierunt Bolognae 1656. in 4to, sed Systema*

29
22
23
24. 6.
25



ma *Cosmicum ex Italico Latine redditum* Matth. Berneggerus Prof. Argentorat. Londini Anno 1663. in 8vo edi curauit. Vid. *VVittenb.* Diar. Biograph. ad annum 1640. *Halleruord.* Biblioth. Curios. p. 97.

§. XLIV

Hunc excipit *FORTVNATVS SCACCHVS*, cuius mater a peste olim profuga, Equiti profuga, Equiti Iacobo Oliuerii Scaccho operas suas pro ancilla locauit. 51) Sed bonus ille conditor fecit insuper id, quod occasio suadebat, aetas horabatur, libido cogebat. Itaque die quodam, fortasse plus potius mulierem compressit, ex eoque amplexu grauidam fecit. Natus inde postmodum Filius, cui Ioh. Antonii Mariae nomen imposuerunt, sed quod propitiam subinde habeat fortunam, illud cum *Fortunati* permutarunt. *Linguarum cognitioni* egregie sese tradidit, et Venetiis anno 1609. *sacrarum litterarum codicem in plures linguas a se conuersum* prodire fecit. Duo etiam concinnauit uolumina, *de sacris unitiōibus*, unum *sacrorum eleocbrismatum*, alterum *sacrorum arcanorum* titulo inscriptum. Patauui Hebraicas literas, Maceratae Theologiam professus, tandem annos prope septuaginta natus discessit.

51) *Erythraeus Pinacothec.* II. p. 164. seqq.

§. XLV

Iungimus ei *CAROLVM a SERVA*, Romae parentibus ex nectito concubitu natum, qui quod exakte Graeca intellexerit, et promisime Carmina pepigerit, laudibus ab Erythraeo 52) effertur.

52) *Pinacoth.* I. p. 155.

§. XLVI

Agmen denique claudat *ROBERTVS DVBLEIVS* Roberti Dudleii Denbighii Comitis Leicestrensis filius, *in Anglia pro noitho habitus*. 53) Is insulam ad oram Americae, qua fluuius Oxinoque maria subit, in eius ostio detexit, et detestam Dudleianum appellauit. Author extitit *libri de Arcanis maris*, Florentiae anno 1646. editi; sed et primus pulueris Cornachini inventor. Obiit an. 1650. aet. 76.

53) Vid. *Acta erudit.* an. 80. Mens. Jun. p. 270. conf. *Witt.* *Diar.* *Geograph.* ad an. 50. *Halleruord.* *Bibl.* *Curios.*

§. XLVII

Et haec sunt, Lector Benevolē, quae iam in medium proferre lubuit. Benignum abs Te expeditamus iudicium, et ubi errores forte deprehenderis, scias, iuuenes nos esse, qui meliora edocē, corrigi se lubentissime patientur.



23 180
& invenietur scientia in mulieribus , sive de
tellectum id velint , sive quod verisimilius est ,
nisi acumine , qua tamen nulla audacior esset
hyperbole , convincere erroris ac temerarii a
bimus .

XVI.

Illud interim , dum ad ipsum , quanquam
admodum exemplorum recensum altera Dissertat
bit , monendum supereft , cum nequidem ad
que suæ arcana mulieres admittere velint suas
res , vix esse , cur magnum aut qualem cunctu
eruditionis apparatus ab iisdem nobis promittit
postquam , quam alieno sit animo tota gens E
na externa & literatura Græca Latinaque non
verum etiam Philosophia addiscenda , satis sup
si a Lusitanis , hodie certe , discedas , uti vix n
inter eruditissimos cætera Judæos vel prima
pientiæ externæ rudimenta teneat , nemini
versato ignotum esse potest ; magno quidem
versionis ac salutis impedimento & singulari
vino justoque judicio , quo fieri solet , ut quæ
ipso latine plerunque scribuntur , (non satis
hac ratione instar clausorum Librorum , ut pr
XXIX. II. 12. illis sint , quos nec evolvunt ac
queunt , multo minus intelligunt aut in animu
longo majori suæ nationis dedecore , quippe q
olim toti terrarum orbi ad invenienda disciplina
creta & excolenda eadem præluxisse non posse
rum Doctorum est sententia scriptis haud prole
quinto ab ipsomet Judæis , quorum aliquis o
& disciplinam Paganorum ינחו להם חכמי העברים

